FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

# P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON, || GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA QVAEDAM LECTIONI || & studio ...

**Vergilius Maro, Publius**

**Lipsiae, 1590**

**VD16 ZV 30860**

ANNOTATIONES IN AENEIDA.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Visual Library

veneratus placabis. Inferias] Infernalia ſacrificia ad placandos manes. Hæc omnia ſunt exemplo Hom. conficta. Stridere] ex hoc euentu reparandarum apum ratio inuenta eſt, quas βοος τεκνα etiam vocarunt. Demittere] Connexas apes boui figura. Euphratem] Videtur ſcriptus eſſe iſte liber, cũ Cæſar Auguſtus gereret bellum in Aſia & Aegypto, victo Antonio, id eſt, liber iſte ſcriptus eſt, cum iam Auguſtus regnaſſet 12. annis. Hæc ſuper] Peroratio Georgicorum. Carmina] Qui Bucolica luſi. Erat enim tum natus autore, Probo, 28. annos.

# ANNOTATIONES IN AENEIDA.

## ARGVMENTVM PRIMI LIBRI AENEIDOS.

Aeneæ in Africam poſt ſæuiſſimæ tempeſtatis Incommoda aduentus exponitur.

Arma] Duplex eſt in Aeneidos Argumentum, bella Aeneæ & nauigatio. Per nauigationem ciuilis vitæ & priuatę exemplũ exhibet. Bellis adumbrat heroum vitam. Arma virumq́;] Propoſitio & diuiſio totius operis. Eſt p̃terea figura vſitata, quam Græci appellant ὕστερον πρότερον, vt nõ eo ordine reſpondeamus, quo ꝓpoſuimus. Nam prius de erroribus Aeneæ dixit, quem per excellentiam virum nominat. Pòſt de bello, quod per metonymiã, vt Seruius ait, arma vocat. Cæterũ Græci poëtæ, vt eſt videre apud Homerum, & alios, priuſquam proponunt, inuocant. Latini autem contrarium morem obſeruant. Troiæ] Altera cum ꝓpoſitione diuiſio, vt oſtendat, quid Aeneas fatali ratione compulſus, & quid extra

fatum

ſatum perpeſſus ſit. Multum ille] Alia cum propoſi-
tione diuiſio eſt. Scribit enim quæ mari, quæq́; ter-
ra ſit paſſus. Ille] Emphaſis. Vi] Vis eſt iuri contra-
ria. Sæuæ] Remouet ſuſpicionem impietatis. Dum
conderet] Exaggeratio. Muſa mihi ] Inuocatio. In-
ſignem] Amplificatio à perſona. Vrbs antiqua] Ex-
ordium vel narratio, quę à loci deſcriptione ſumta,
ducitur per cauſas, propter quas Iuno remorata ſit
Troianos. Tyrij ] Deeſt quam, amant namq; vete-
res per Epexegeſin dicere, quod nos interpoſito pro-
nomine exprimimus. Italiam ] Laus à ſitu. Diues]
A fortuna. Studijſq́ue ] A natura & moribus. Ergo
omnis erat occaſio, Iunonis fauor, locorum proximi-
tas, ſubſtantia rei familiaris, bellatorum numerus, fi-
ducia naturalis, & innatum ſtudium dimicandi. Hic
illius] Figura creberrima, aduerbium pro aduerbio
poſuit, præſentis loci pro abſentis, illic. Duci] ἐναλ-
λαγὴ temporum. Excidio] id eſt, ad excidium, nota
figura. Libyæ] id eſt, Carthaginis. Totum pro parte
vſurpauit. Parcas] Dictæ ſunt Parcæ κάτ' ἀντίφρασιν,
quod nulli parcant, ſicut lucus à non lucendo, &
bellum à nulla re bella. Id metuens] Subiungit alias
cauſas offenſionis atque iræ Iunonis. Repoſtum]
συγκοπή. Iactos ] Hæc omnia ad exprimendam Iu-
nonis iniquitatem, & Aeneæ innocentiā pertinent.
Relliquias ] ἐπένθεσις. Danaum ] συγκοπή. Achilli ]
ἀποκοπή. Detracta autem eſt s litera propter ὁμοι-
οτέλευτον. Vix ] id eſt, mox. Hæc ſecum] occaſio &
conſilium Iunonis. Eſt autem Eclipſis. Deeſt enim,
locuta eſt. Mene ] ἔμφασιν habet pronomen, & ma-
gnum dicendi pondus. Non poſſe] Propoſitio. Pal-
las] Ab exemplo. Exurere] Comparatio pœnarum
à minori. Vnius] Extenuatio. Noxam] pro noxiam.
Hoc verò eſt diſcriminis inter noxam & noxiam,
quo noxia culpa eſt, id eſt, peccatum, noxa autem
pœna. E nubibus ] Secundum Phyſicos, qui dicunt
col-

colliſione nubium fulmen creari. Rates] καταχρηστι-
κῶς pro nauibus vſus eſt. Aſt ego] Comparationis
applicatio vel exẽpli. Auſtris]id eſt, ventis, ſpecies
pro genere. Vaſto antro]Phyſica ratione hoc fingit
poëta, naturale enim eſt, vt loca concaua plena ſint
ventis. Sonoras] Tempeſtatis epitheton. Carcere]
μεταφορὰ poëtica. Illi indignantes ] Natura vento-
rum. Ferant] id eſt, auferant, ἀφαίρεσις eſt. Molem-
q́ue] id eſt, molem montis. Eſtq́ue figura ἓν διὰ δυοῖν,
qua vna res in duas diuiditur, metri cauſa interpo-
ſita coniunctione, vt alibi, Pateris libam9 & auro, id
eſt, pateris aureis. Laxas] Permanſit in tranſlatione.
Ad quem] Pro apud quem. Aeole ] Omnia in hac
oratione petitoria facta ſunt ſum̃o artificio. Namq;
tibi] Boni principis officiũ per parentheſin deſcri-
bitur. Eſt autem exordium huius orationis ductum
ab officio. Et mulcere] A poſſibili. Gens inimica]
A iuſto. Narratio. Nauigat æquor ] τὴν θάλασσαν
πλεῖ. Helleniſmus eſt, id eſt, per æquora nauigat.
Incute]Petitio, in qua expreſſit πάθος. Sunt mihi]
Addit remunerationem, vt explicetur ardor cupi-
ditatis eius. Bis ſeptem]Extollit munus à numero,
deinde à qualitate. Exigat]Matrimonij fructus & fi-
nis. Pulcra prole ] ἀρχαϊσμὸς eſt, pro pulcræ prolis.
Aeolus] Reſpondet nunc Aeolus Iunoni, & captat
beneuolentiam ab eo, quod dicit, tuum eſt iubere,
meum complere iuſſa. Mihi iuſſa ] λιτότης eſt. Io-
uemq́ue concilias]ὕστερον πρότερον in ſenſu. Hæc vbi]
ſcilicet à Iunone & Aeolo, Eclipſis. Ac venti] De-
ſcriptio ſubitæ tempeſtatis. Ergo poſt vtriuſq; ora-
tionem cœpit Aeolus iuſſa Iunonis complere. Vnà
Euruſq́ue ] πολυσύνδετον eſt. Virum ] συγκοπή. Ex-
templo]Exprimit quale & animi & corporis Aene-
as ſenſerit, πάθος. O terq́; quaterq́; ] Exclama-
tio conſtans comparatione. Chil. 2. Cent. 9. Prou.
5. Oppetere] id eſt, ore terram petere, id eſt, mori.

Ety-

Etymologia eſt. Tydide ] Vocatiuus Græcus eſt. Aquilone ] Aquilonis meminit, quia impetuoſus eſt ventus. Aduerſa] id eſt, directe contraria. Hi ſummo ] Diſtributio. Saxa vocant ] Ordo eſt, Quæ ſaxa in medijs fluctibus Itali aras vocant. Ante oculos] πάθος. Gurgite] συνεκδοχή eſt. Aequoris enim partem pro toto dixit. Eſt etiam ταπείνωσις, ſed tamen prudenter Virgilius humilitatē ſermonis Epitheto ſubleuat. Gaza ] Perſica vox, opes ſignificat. Interea]Sedatur tempeſtas à Neptuno. Tantáne]Increpatio. Venti] Abiectè pronunciandum, vt conuicium ſit, non nomen. Et tantas ] Mira probatio criminis. Quos ego ] ἀποσιώπησις. Sed motos] Addit cauſam dilatæ pœnæ. Non illi] Per ἀντίθεσιν irridet Aeolum. Eius enim domum Ironicè modò aulam, modò carcerem per contemtum vocat. Eure] Iraſcentium eſt vti ꝓprio nomine. Vt apud Terent. in Andria: Ego in piſtrinum te Daue dedam. Citius]Simul & dictum & factum. Chil. 2. Cent. 9. pro. 72. Ac veluti]Deſcriptio ſeditionis. Comparat autem Virg. motum populi tempeſtati. Arrectiſque] Tranſlatio ſumta ab animalibus. Sic Terent. Arrige aures Pamphile. Ille regit] Chil. 3. Cent. 2. Prou. 56. Eloquentiæ fructus. Contendunt ] Oſtendit curſus difficultatē quem feſſi complere nitebātur. Eſt in ſeceſſu] Eſt loci deſcriptio, quam Græci τοποθεσίαν vocant, negocio neceſſaria. Ab alto ] Mira breuitate omnia neceſſaria complexus eſt poëta. Atrum]Tropus eſt, per atrum nigrum oſtendit, per nigrum vmbroſum, per vmbroſum denſum, id eſt, frondib. plenū. Huc ſeptem] Delati Troiani ad portum Africæ, ὑποτύπωσις eſt. Sale tabentes]A contrario. Sal enim cōſeruat. Aeneas] Deſcribit principē non tam ſui quā ſuorum curam agere. Si quem]Vſus eſt hoc genere elocutionis quo & Ter. q. dixit in And. Quod pleriq; omnes faciūt adoleſcentuli, &c.

O ſocij]Oratio Aeneæ cõſolationis plena,qua bonus princeps ſuos hortatur ad patientiam. Ignari] Pro imemores, ἀκυρολογία eſt ſecundum Seruium. Dabit deus]Vltro reſpondet,ac ſi quærerent, quãdo hæc mala inuenient finem ? & poſt comparationem grauat præterita,& leuat pſentia, & à generali ad ſpecialem rationẽ venit.Aceſtis ] Pro acceſſiſtis κατὰ συγκοπὴν. Oſtendit fortunæ ſuffragio ex intima ſaxorum parte liberatos.Mittite] pro omittite, ἀφαίρεσις eſt. Per varios ] Argumentum à compoſitione.Fata]Ergo parendum eſt,nam illis obſiſti non poteſt. Illic fas ] Et euadendi & perueniendi ſpem pollicetur, & aſſerit Italiam ſolam eſſe, q̃ digna ſit, in qua Troiæ imperiũ reſurgat.Curiſq; ] Perſuaſoris officium exprimitur. Premit] Chil. 3. Cent.10. Pro.58.Tergora ] Diuiditur per officia procuratio epularum.Voce refert]Pleonaſmus eſt.Pars in fruſta] σύνθεσις eſt. Iuppiter] Iouem gerere curam humanarum diuinarumq; rerum pingit. Eſt autẽ alienus locus inſert⁹ , vt commodius ordinẽ operis ac hiſtoriæ pertexeret.Triſtior] Abuſio cõparatiui. Oculos ſuffuſa] id eſt, nitidos oculos lacrymis perfuſos habẽs.Eſtq; figura græca.Tales] Res plena ſubtili arte,vbi non pſonarũ ſolũ,ſed rerũ habetur ratio.Aen.] Propriũ ponit nomen, atq; inde trãſit ad genus. Eſt autẽ interrogatio ppoſitionis vice poſita.Quid Troës] Argumentum ab impoſſibili. Voluentib.]ἐναλλαγὴ partium orationis, ponitur enim participiũ loco nominis, id eſt,volubilib. Genitor] Multũ habet ponderis hæc pſona in pmiſſis, q̃ nõ liberis ſolum,verum & poſteris fuit pfutura.Fatis] Argumentũ à fatis. Rependens] μεταφορὰ à pecunia q̃ antea pendebatur.Antenor A b exemplo,& à minori ad maius.Penetrare] Voluit demonſtrare difficultatem pueniendi.Compoſtos]συγκοπή Nos tua] Tranſit ad comparationem.Eſt aũt applicatio.Olli]

pro

pro illi, ἀντίστοιχον. Parce metu] Reſpondet Iuppiter Veneri, inconſtantiæ obiectionem diluens. Eſt autẽ cõtinua quædam narratio, qua ſumma Romanæ hiſtoriæ ab Aenea vſq; ad Auguſtum cõprehenditur. Prolem] Regnum Romanorum intelligit. Cum domus] Græciam intelligit. Iulo] Reuera autem credidit ſe ab Iulo ortũ traxiſſe Cæſar, ob id impenſius Venerem colebat. At pius] Proſequitur hiſtoriã de Aenea. Per noctem] Non decet principem totam dormire noctem, Chil. 2. Cent. 7. Pro. 95. Qui teneant] Iure dubitat, cũ omnia cernat inculta. In conuexo] Proœconomia, ad cauſam pertinens. Nõ enim inuadetur ab Aphris vt naues Ilionei. Sub rupe] περίφρασις ſpeluncæ. Spartanæ] Miro conſilio fingit ſimilem habitum Spartanæ virginis & Thraciæ. Venatrix] Inſtituit Lycurgus cum iuuenes, tum virgines palæſtræ operam dare. Monſtrate] Interrogatio eſt breuiſs. quæ tamẽ neceſſaria ad fallendum continet. O quam te] Completo reſponſo, explicat ſeriẽ æſtimationis quam de ea habuit. Captat autem beneuolentiam à perſona virginis vlterius quærendi. O dea] Concluſio eſt ſyllogiſmi, qui conſtat propoſitione, aſſumtione, & concluſione. Nam ſi nec vox, nec vultus mortalis eſt, reſtat vt dea ſit. Locorumq;] Verſus eſt hypermetros, vna enim ſyllaba abundat. Multa tibi] A gratiarum actione. Chil. 1. Cent. 1. Prouer. 94. Punica] Breuis & concinna narratio. Sed hic attentum facit Aeneam. Huic coniux] Origo regni Carthaginenſis. Inſerit autem amoris inter coniuges honeſtas cauſas. Auri] Vnam cauſam ponit à vicio naturæ profectam, ſed cui alia crimina annectuntur. Ipſa ſed] πάθος à circumſtantijs, quibus augetur facti crudelitas. Auxiliumq;] Propoſitio: fuga addit facilitatem in tanta theſaurorum copia. Conueniunt] Animus plebis in tyrannum. Dux fœmina]

Ad inſultationem Pygmalionis dictũ. Oſtenditur hic nimia eius malicia, quæ etiam amantẽ fefellit. Sed vos]Eſt naturalis interrogatio, quæ tamẽ fraude non caret. Nam conatur oſtendere, ſe non eſſe deam, ſed non fallit Aeneam. Nam & magna animi laceratione reſpondet. Suſpirans ] πάθος. O dea ] Perſeuerat in opinione ſua, ita tamen, vt illius orationi aliquantum concedat. Si prima] Attentio. Nos Troia]Narratio Aeneæ. Sum pius ] Pietas Aeneæ. Data fata]Ergo non voluntario à patria diſceſſerat. Sic præteritum ſtrictim tangit, & in præſenti immoratur, vt maiorem moueat miſericordiam. Bis denis]Oſtendit magnum numerum. Vix ſeptem ] Oſtendit quanta difficultate euaſerit. Euroq; ] id eſt, vento. Quiſquis es ] Adhuc veluti cum ignoto loquitur. Eſt autem λιτότης in hoc verſu. Perge] Hortatur ne redeat ad ſuos, vt propoſuerat, ſed eat Carthaginem. Namq; tibi] Demit ſolicitudinem de ſocijs, ſalutem illorum augurio nuncians. Bis ſenos] Numero nauium coæquantur, quas Aeneas putabat oppreſſas. Cygnos autem nauibus comparat, Aquilam tẽpeſtati. Stridentib⁹ ] Signum auguri eſt. Cantuſque ] Alluſit ad nautas. Haud aliter] Adaptatio. Puppeſque] συνεκδοχὴ, à parte totum ſignificat. Terentius : O lepidum caput, id eſt, ô lepidus homo. Dixit ] Concluſio. Agnouit] Nunc matrem cognoſcit. Redit ad hiſtoriam. Quid natum] Incuſatio eſt, non quidem contumelioſa, ſed ex affectu & religione procedens. Nebulæ]Homericum eſt, q. fingit Vlyſſẽ circumdari nebula à Minerua, Odyſſ. 7. Circumfudit] τμῆσις eſt. Sabæo ] Thus in Arabia creſcit. Læta ſuos ] Vt Homer. φιλομειδὴς ἀφροδίτη. Ecce]Veneris proprium epitheton. Sulco] Alludit ad veterẽ morem, quo ſulco ducebatur tantum ſpacium, quanta vrbs futura eſſet. Portus ] In quibus poſſent commercia fieri mercimonijs adiectis, &c.

Qualis

Qualis apes] παραβολή. O fortunati] Exclamatione vtitur. Non autem inuidet alienæ felicitati, ſed proſequitur eam laude ſua. Deflectit autem paululum ab hiſtoria. Lucus] τοποθεσία. Signum] Portentum. Sidonia] Dido dicta Sidonia, à Sidone. Hoc primum] Propoſitionis genus eſt. Namque] Reddit rationem, quid ſit quod leniebat metum, & ſpem inopinatam promittebat. Reginam] Hoc ad ſui accuſationē dixit. Videt Iliacas] Deſcripta magnitudine & fortitudine, tranſit ad ornatū picturæ. Sæuum] Comparationis ſpecies. En] Exponit iam ſuos dolores, quos ex perſona potentiſſimi regis, ſenis & ſoceri ſumebat. Suæ præmia] Et hæc eſt propoſitio. Dicturus eſt enim quæ laudanda & quę dolenda. Largoq́;] ὑπερβολή. Inani] ἐπίθετον picturę. Pergama circum] Abuſiue. Non enim circa Pergama, ſed circa Troiam bella gerebant. Troiana] Definitio eſt Hectoris. Achilles] Fingit Homerus omnes Troianos ab Achille ſolo fugari: Græcos ab Hectore. Congreſſus] ἀρχαϊσμός. Nam veteres dicebant congredior tibi, ſicut pugno tibi, dimico tibi, pro congredior tecum, dimico tecum. Ter circum] Vis inuidiæ. Tum verò] πάθος à circumſtantijs. Se quoque] Opportuna occaſio laudandi Aeneam. Memnonis] Memnon, qui ab oriente venerat, Auroræ filius fuiſſe legitur. Furens] Furor bellicus intelligitur. Aurea] ἀμφιβολογία. Virgo] Aetatem oſtendit & ſexum. Qualis in] Comparatione explicat formam reginæ. Exercet] Hoc non ad comparationem pertinet, ſed eſt poëticæ deſcriptionis euagatio. Latonæ] Occaſione comparationis expreſſit poëta, q̃ læti ſint parentes ſucceſſibus filiorum. Talis erat] Adaptatio comparationis. Inſtans operi] *Z*eugma eſt, ad ſequentia pertinens. Iura dabat] Officium regis exprimit. Diſſimulant] Conſilium prudentiæ, ne euentum rei ſpectarent. Omnia ferè quæ hic di-

cuntur, ſunt generis deliberatiui. Orantes ] Orare eſt precibus petere. Clamare eſt inuerecũdo ſtrepitu vocem maiorem emittere. Placido ſic] More ſuo vno ſermone habitum futuræ orationis expreſſit. O regina] Salutatio, qua beneuolentiã captat. Troës] Propoſitio. Tacita verò occupatione vtitur, qua confutat ea, quæ à Regina obijci poterant. Miſceri] πάθος à miſeria Troianorum. Parce] Vbique enim præcipuam laudem pietatis Aeneæ & Troianis tribuit. Non ea] Argumentum ab impoſſibili. Eſt autẽ confutatio à perſona Troianorum. Eſt locus] Comparatione orbis totius, Italia locus eſt. Oenotrij] Scilicet, quam, ἔκλειψις. Fama ] ſcilicet eſt, ἔκλειψις. Cum ſubito ] Deſcriptio naufragij, mouet miſericordiam. Pauci] hoc loco ſuſpicionem violentiæ remouet. Quod genus ] Per admirationem patheticam hortatur reginam ab honeſto, quod nemini negetur hoſpitium. At ſperate] id eſt, timete, abuſiue dixit. Rex erat] Laus à virtutibus animi & corporis. Et eſt locus à gratitudine. Quem ſi fata] Pulcre variando idem (ſi viuit) tripliciter profert. Quaſſatam ] Ingerit ſummam petitionis. Socijs & ] σύλληψις per numeros, hîc illius arma, hîc currus fuit. Et te pater] Eſt apoſtrophe ad Aeneam, captat commiſerationem reginæ. Talibus] Peroratio Cuncti] Deorum. Soluite ] Conſolatio. Secludite ] Iteratio, qua beneuolentia augetur. Res dura] Excuſatio reginæ à neceſſario. Quis gen⁹] A perſona Troianorũ, quos dignos eſſe dicit hoſpitio. Seu vos Heſperiã] Pollicitatio. Vrbem quam] Hoſpitalitas. Hæc omnia q̃ dicuntur à Didone, ſunt plena beneuolentię. Eſt autem] ἀντίπτωσις, vrbem enim pro vrbs poſuit. Atq; vtinam] πάθος à voto. Nate dea] Interrogatio lęticiæ, πάθος. Omnia tuta] Ne prolixitate dicendi moram afferret, omnia quam breuiſſimè perſtringit. Refulſit] Laus eſt nimiæ pulcritudinis, cui nec

lucis

lucis claritas derogauit. Os humeroſque] συνεκδοχὴ, id eſt, ſimiles humeros habens deo. Oculis] Amoris ſedē eſſe oculos veteres poëtæ dixerunt. Tū ſic reginam] Ex abrupto orditur, ſignificans inſperatum & improuiſum apparere. O ſola infandos] Summa arte loquitur, & habet rationem loci, temporis & perſonæ. Grates] Agit gratias quas poteſt, artificioſeq; vtitur extenuatione. In freta] Amplificatione facta ab ἀδυνάτοις oſtendit ſe memorem fore. Semper honos] ὑποζεῦγμα. Quæ mecunque] Eſt τμῆσις. Ilionea] Hoc pertinet ad decorum. Quis te] Per interrogationem deuenit in Aeneæ laudes. Atque equidem] Exponit quomodo hæc ſcierit. Belus] Hoc nunc nomen patris Reginæ, ſed & Agenoris pater fuit Belus, filius Epaphi. Ipſe hoſtis] Troianorū laudis exaggeratio, ab hoſte laudatorū. Quare agite] Adhortatio. Me quoque] νόημα. Inſtruitur] Apparatus conuiuij. Patrius] πάθος. Omnis in Aſcanio] ἐπιφώνημα, id eſt, acclamatio ſuperioris ſententiæ. Baccatum] id eſt, ornatum margaritis. At Cytherea] Digreſſio. Vt faciem] Ratio conſilij. Et ora] περισσολογία eſt. Nate meæ] Narratio & expoſitio rei geſtæ, captat autem beneuolentiam à perſona & potentia Cupidinis. Tela] Facile eſſe oſtendit, quod petit. Temnis] Pro contemnis, ἀφαίρεσις eſt. Ad te confugio] Perſonarum ratio facit laudis augmentum. Frater vt] Conciliatio à qualitate perſonæ. Tenet Dido] Oſtendit facilitatem petitionis. Cardine] Hic fidem facit. Res eſt in cardine, Chil. 1. Cent. 3. Prou. 19. Quocirca] Conſultatio ab occaſione. Pueri puer] A facili. Occultum] Deſcriptio amoris eſt, ignis occultus. Et alas] Laus ingens Aſcanij per tranſitum. Placidam] ἐπίθετον quietis. Iam pater] Diſcernitur ipſe & Troiani ſedibus purpureis. Diſcumbunt in lectis vetere more. Dant famuli] Deſcribit familiæ ordinem. Centum

aliæ] Eleganter & breuiter diuitias expreſſit atque laudauit. Deuota] Deuouere eſt penitus ſe addicere alicui rei. Colloque] πάθος ab amoris violentia. Poſtquam] Conuiuij prolixi mos. Vina] συνεκδοχή. Nam vina pro poculis poſuit. Impleuitq́;] Homer. κοῦροι δὲ κρατῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Grauem] Laus à pondere & materia. Noctem] Luminis eſt exaggeratio. Iuppiter] Iuppiter apud antiquos fuit & ξένιος cognominatus. Eſt autem votum, quod fiebat apud veteres dum libabant dijs vina. Bacchus] αὐξητικῶς. Libato] Et verecundiam Reginæ oſtendit, & morem Romanum. Tum Bitiæ] Per tranſitum Pænorum ducum nomina introducit. Cithara] Muſica vtebantur olim & in conuiuijs. Nec & vario] Arte Poëtica vtitur, vt permittat aliquid, quod ſequens liber videatur eſſe coniunctus, quod in omnibus ſeruat. Bibebat] Alluſit ad conuiuium. Multa ſuper] ἐπανάληψις. Memnon] id eſt, Rex orientalium, quem Tithonus frater Laomedontis ex aurora ſuſcepit.

## ARGVMENTVM SECVNDI LIBRI AENEIDOS.

Narrat Aeneas excidium Troiæ.

Conticuêre] Exordium & captatio beneuolentiæ à commiſeratione. Inde] Pro deinde, ἀφαίρεσις eſt. Quæ ipſe] πάθος à ſeipſo. Quis talia] A maiori. Præcipitat] ἐναλλαγὴ verbi, pro præcipitatur. Caſus cognoſcere] Græca eſt figura, pro cognoſcendorum caſuum. Quanquam] Caſtigatio, quam Græci ἐπανόρθωσιν vocant. Fracti bello] Narratio. Aedificant] μεταφορὰ ſumta à manibus. Ingentes] Epitheto correxit ταπείνωσιν. Eſt in conſpectu] A deſcriptione loci. Armato milite] Pro armatis militibus, ἐναλλαγὴ caſus. Panduntur portæ] Signum pa-

cis

ciſ eſt. Hic Dolopum ] Demonſtratio. Hortatur ] Suaſio & diſſuaſio. Suſpectaque] Inimicorum dona ſuſpecta & inauſpicata. Scinditur ] γνώμη de plebis inconſtantia. O miſeri] Laocoontis vehemens diſſuaſio. Latet] ἐπιφώνημα. Validis ] Amplificatio per digreſſionem. Ecce ] Semper ponit Ecce Virg. vbi ſignificat aliquod malum repentinum, & hoc magis mouet, præſertim cum aſſunt ſigna nocentis. Hoc ipſum ] à minori arguit, quod dicit, ſi tantum dolis efficere potuit vnus Sinon, quid multi vel omnes Græci parare videbuntur? Ruit] ὑπαλλαγὴ eſt, pro ruit & circũfuſa eſt. Ab vno] Ex vno omnia ſpecta. Chiliad. 1. Cent. 2. Prouerb. 78. Notat ſupplicem fuiſſe & illuſioni aptum. Cui neque ] Deſtruit Græcorum perſonam omni occaſione, & ſuam defendit. Quo gemitu] Bonitatem Troianorũ oſtendit, qui pro ſupplicio vltimo, ſolo gemitu eius pro pœna contenti ſunt. Hortamur] Vim propoſitionis habet, & tria proponit, ad quæ Sinonem reſpondere conueniret. Cuncta equidẽ] Promittit omnia vera dicturum, vnde & ſibi attentionem parat. Tibi rex ] Captat beneuolentiam. Nec ſi miſerum ] Inſinuatione dubiæ fidei ſuſpicionem remouet. Palamedis] De præteriti eius florenti fortuna, & de præſenti miſeria ſibi comparat beneuolentiã, ac Palamedis hiſtoriam inducit, quo veriſimiliorem reddat narrationem. Infando indicio] Propter aurum clam ſuppoſitum. Quia bella ] Hoc falſum eſt, ſed dicitur ad Sinonis commendationem. Pauper ] Hæc erat cauſa impellens ad militandum. Et nos] ἐναλλαγὴ numeri ad euitandam iactantiam. Inuidia propter aduectum frumentum. Promiſi ] Per cõtrarium, ait, pro minatus ſum. Minamur enim mala, promittimus bona. Superis] Non dixit mortuus eſt, ne eius memoria digna ĩmortalitate minueretur. Vulgum] Nota vulgus generis maſculini. Donec Cal-

chante ] Arte quadam agit imperfecta dicendo, vt cogat & interrogare & auidus audire Troianos. Eſt autẽ ἀποσιώπησις, ſubintelligitur enim, me deſtinet aræ. Sed quid ego ] Peroratio. Sæpe fugam ] Fide conciliata proditionem aggreditur. Feciſſentq; vtinam] Addit votum, quo placare Troianos, ſibi cõmiſerationem captare ſtudet. Sanguine] Verum dicit de Iphigenia Agamemnonis filia in Aulide mactata, ſed falſum addit de præcepto Apollinis. Miſcet ergo vera, vt credantur falſa. Vulgi quæ vox] Excuſat Calchantem qui falſa dixerat, atque remouet à ſe odium, cum ait, Græcos ei, vt ab interitu liberarentur, aſſenſiſſe. Obſtupuere ] Subiti pauoris deſcriptio. Et falſæ] Ritus ſacrorum exprimitur. Eripui ] Affectu commiſerationem mouet loco perorationis. Letho] Non ſacrificio, inuidioſe locutus eſt. Rupi] Eſt enim piaculum, in ſacrificio aliquid eſſe religatum. Vnde eſt, Vittasq; reſoluit Sacrati capitis, &c. In vlua] Timiditatẽ maximã indicat. Quod te per] Petitio à pietate. Priamus] Credulitatem regis notat, atq; adeo vti omnem culpã vel in deos, vel in ipſum fraudulentum Græcum reijciat. Quo molem] Breuiſs. ꝓpoſitio, ſed perfecta. Vos æterni] Iuramento fidem aucupatur. Eſt autem inſinuatio per obteſtationem. Omnis ſpes] Narratio. Impius] Amplificatio. Ex illo ] Impietatis pœna. Nec dubijs] Confirmatio. Salſusq;] Omnis namq; ſudor ſalſus eſt. Extemplo] Sumtum hoc eſt ex diſciplina Romana, vbi repetebantur auſpicia, ſi quid male publicè ceſſiſſet. Vtitur autẽ artificioſo commento, vt ſub religionis ſpecie Troianis imponat. Quid dij] Vide Chil. 4. Cent. 6. Pro. 88. Venturam] Alludit ad Romanorum imperiũ qui Troiani ſunt. Talib.] Epilogus. Quos neque] Amplificatio à maiori. Loacoon ] Noua narratio. Taurum ] Taurus propriè Neptuno dicatus fertur. Ecce] Ecce, ſecundum

Dona-

Donatum ſemper ponitur, vbi res horrenda & re-
pentina ſignificatur, vt hoc loco. Sibila] ὑποτύπωσις
ſerpentum. Quales mugitus] A ſimili comparatio.
Tum verò] Exemplum ſuperſtitionis. Et ſcelus] Pœ-
na impietatis. Diuidimus muros] Plena Troianorū
dementia deſcribitur. O patria] Exclamatio, quæ in
terpoſita eſt mouendi affectus gratia. Tunc etiam
fatis ] Nota obiter locum diuini fati & voluntatis,
quæ hominum mentes obcæcat. Cauo robore] ἐπε-
ξήγησις equi. Et Menelaus] Verſus emphaticus. Vr-
bem ] μετωνυμία, pro ciues. Tempus ] Deſcriptio
initij noctis. In ſomnis] Auget hic amplificationem
per comparationem. Videbat] Et hoc loco, vt ſupe-
riori, oſtendit imagines, quæ dormientib. offerun-
tur, non eſſe veras. O lux] Exclamatio, per quā de-
ſiderātis animi ſignificatio quaſi exprimitur. Expe-
ctate] ἀντίπτωσις pro expectatus. Ille nihil] A maio-
ri, cum à me non poſſet defendi. Heu fuge ] Pro-
poſitio à doloris ſigne. Flammis ] Ab vtili. Hoſtis]
Subnectit cauſſas, quæ omnem vim deſperationis
cōtinent. Sat patriæ] Ab honeſto. Si Pergama] q. d.
contra tantam vim nihil valere humanam virtutē,
& probat hoc à ſua fortitudine, quæ ſi poſſent defē-
di, defenſa fuiſſent, hac ſcilicet mea dextra. Sacra
ſuoſq;] A neceſſario. Fatorum comites] A poſſibili.
Pererrato] Hoc verbo oſtendit erroris longinquita-
tem. Ignem ] Quo Veſta colebatur, ꝙ omnia calore
nutriantur naturali. Diuerſo ] Hic προοικονομία. Et
magis] Iteratione ſermonis fecit augmentum. Re-
ceſſit] Et hic ſpecioſa tranſlatio, quoties res mobi-
lis ad immobilem, vel econtra transfertur. Veluti]
comparatio humilis. Iam proxim⁹] Tua res agitur,
paries cum proximus ardet. Ecce autem ] Aduentu
Panthi ſpem conceptam arcis defendendæ amittit.
Quo res] Interrogatio breuis pro ratione temporis
ſumta. Vix eſt fatus ] Prædicanda artificioſa ſubtili-

tas poëtæ in reſpondendo. Ijſdem enim verbis, eademq; breuitate, & inſtruxit inſcium, & quæ ſumma eſſet rerum, perdocuit. Fuimus Troës ] Vide Chil. 1. Cent. 9. Prou. 50. Ferus omnia ] Copioſe & cum energia Troiæ excidium explicat. Quod autem hic ferum appellant Iouem, hoc inuidioſe dictum eſt. Nam æquus eſt omnibus, ſecundum illud, Rex Iuppiter omnibus idem. Aſtans] Proſtans, πρόθεσις eſt. Millia quot] Subaudi tot, eſt ἀνακόλουθον. Nã dixit quot, cum non præmiſerit tot. Eriynns ] Sumitur hoc loco (vt Seruius ait) pro animi impatiẽtia, cum alibi ſit furia. Chorœb. ] Huic Chorœbo fuit deſponſata Caſſandra, vide Chil. 2. cent. 9. pro. 64. Iuuenes ] à rei neceſſitate, & ab honeſto hortatur Aeneas ſocios ad patriam defendendam quoquo modo. Vna ſalus ] ἐπιφώνημα. Indè lupi ] Mira comparatio. Rabies ] Rabioſs. res fames, & ob hoc maleſuada dicta. Caua vmbra] Bonum epitheton eſt. Naturale eſt enim, vt obſcurum omne ſit concauum. Quis cladem ] Exclamatione Troianorum cladem exaggerat. Lacrymis ] ὑπαλλαγή eſt, pro laborib⁹ æquare lacrymas, vt, nare claſſib⁹ Auſtros. Plurima] ab effectu Troiæ caſum miſerabiliorem facit. Quondam etiam ] γνώμη. Mortis imago] Aut deſcriptio mortis eſt, aut varietas mortis oſtẽditur. Viri ] Increpatio eſt ab exemplo. Alij rapiunt] ἄγουσι καὶ φέρουσι. Vide Chil. 3. Cent. 7. Prou. 32. Aſpris] Seruius ait eſſe συναίρεσιν, ſed hanc conciſionem, id eſt, συγκοπὴν dixerunt. Ignaroſque loci ] His circumſtantijs oſtendit à paucis plures potuiſſe ſuperari. Atque hic exultans ] In Chorœbo notat impotentis animi iuuenem, qui proſperis nimium efferatur. Quia prima] ὑπαλλαγή. Aptemus] Si leonina pellis non ſatis eſt, vulpina addenda. Vide pro] Numine enim fortuna aduerſa. Heu mihi] γνώμη generalis, ſed loco cõgrua. Ecce trahebatur]

Noua narratio, quæ ornatus gratia interponitur. Non tulit] Amoris impatientis exemplum. Tum Danai] Compendium adhibuit, vt non tantum ereptam virginem, verumetiam multos hoſtes, quorum nomina ſubijcit, ob eam rem occiſos, diceret. Aduerſi rupto] Comparatio ducta à ventis. Armipotentis] Hom. Solet cuiq; vel rei vel homini epitheton addere, hunc Virg. imitatus diuam armipotentem vocat. Dijs aliter] Vide Chil. 2. cent. 4. pro. 100. Teſtor] Obteſtatio, qua peritè Virgilius proditionis amouet ab Aenea ſuſpicionem. Hic verò] Redit ad narrationem. Turrim] Huius turris meminit & Homerus. Primoque] Ferocis animi naturam in Pyrrho exprimit. Scyria] Quam Achilles ex Scyro Cycladum dixit. Ingentem feneſtram] Epitheto (vt ſolet) auxit ταπείνωσιν. At domus] ὑποτύπωσις expugnationis. Ferit aurea] ὑπερβολή. Amplexæq;] πάθος. Labat] Labare verbum eſt emphaticum. Cum ſpumeus] Comparatio Homerica. Vidi ipſe] Latè redit à comparatione ad inſtitutum. Quinquaginta illi] ζεῦγμα. Barbarico] πάθος à loco. Vrbis vbi] Noua narratio. Quæ mens] Increpat Hecuba conſiliũ mariti ab impoſſibili. Ecce autem] Noua narratio. At tibi pro ſcelere] Obteſtatur deos cum increpatione. Vtitur autem circumſtantijs loci & perſonæ. At non illa] A diſſimili. Telumque imbelle] Per amarum irridet Priamum iam victum. Altaria] Affectus à loci circumſtantia. Hic finis] ἐπιφώνημα, mouens commiſerationem. At metum] πρέπον. Bonus imperator non cedere debet, niſi ex neceſſitate. Iamque adeo] Duos & viginti, qui ſequuntur verſus, quidam vt inconſentaneos, hoc loco omittunt. Facit autem narrationem probabilẽ. Ignes animo] Ira ſanguinis ardor circa cor eſt. Scilicet hæc] Argumenta affectus per Ironiam. Non ita] Præſumptio aut præoccupatio. Cũ mihi]

Deo-

Deorum auxilium. Nate quis] Oratio Veneris, qua hortatur Aeneā, vt pietatis rationem habeat. Iam flammæ] Tranſlatio. Aſpice] De Homero tractum, qui inducit Mineruam hoc præſtantem Diomedi. Fundamenta quatit] Dicitur Troia tempore belli terræmotu cōcuſſa, quod crebrius accidere ſolet maritimis vrbibus. Ac veluti] Comparatio. Ferro] ταυτολογία eſt. Eruere] ἀκυρολογία, pro deijcere. Tremefacta comam] Solita figura. Deo] Nota, Deus de Venere. Optabam] πρέπον. Decuit enim ſenem & principē non ſupereſſe exciſæ patriæ, nec boni principis eſt, ſalutē optare Repub. perdita. Iampridem] Comprobatio. Fulminis] Propter concubitum Veneris fulmine petitus & tactus eſt Anchiſes. Nam quod conſilium] Decorum ſeruat, increpatq; parentem aſpera oratione ab inhoneſto. Pyrrhus] Ab exemplo. Hoc erat] Auerſio ad Venerem. Arma] Epizeuxis. Vocat lux] Solatium. Ecce autem complexa] Affectus hic vxoris exprimitur. Partem ſuumq;] Decorum. Monſtrum] Prodigium hoc ſignificat regem fore Aſcanium. At pater Anchiſes] Superſtitioſa Anchiſæ precatio. Intonuit læuum] Siniſtra tonitrua proſpera erant. Stella facem] Forſitan hic alludit ad cometam Iulij Cæſaris. Ergo age] Exemplum pietatis. Eſt vrbe] Deſcriptiones temporum & locorum videntur aliquid euidentiæ addere orationibus. Abluero] Religio enim erat, non niſi lotis manib⁹ ſacra facere, vel attingere. Et me] Deorum. Cum creber] ὑστερολογία eſt. Nate exclamat] Fortis viri eſt, non pertimeſcere. Hic mihi] Pij, pertimeſcere propter alienum periculum. Dum ſequor] Amouet ſuſpicionem negligentiæ. Nec prius amiſſam] Coniugem deſcribit amiſſam. Deorumq́ue] Verſus Hypermetros. Aut quid] πάθος. Ipſe vrbem] Exemplum amoris coniugalis. Si forte] Iteratione auxit dubitationem. Aſylo] Aſylum

ſylum locus, quo quiſque ſe tuto poteſt recipere, hinc enim neminem extrahi licet, neq; deprædari. Iterumq; ] Epizeuxis. Tectis] id eſt, per tecta, ἀντί-πτωσις. Quid tantum] Obiurgatio. Non hæc ] Ratio. Longa tibi ] Vaticinia. Dardanus ] Laus à genere. Veneris] Laus à cognatione. Sed me magna] Mortuam innuit & ſepultam terra detineri, quæ Ops & Cybile dicitur. Ter conatus ] Demonſtrat proprie volentem amplecti. Conat.]Ibi enim ponitur conatus vbi effectus non ſequitur. Par leuibus] Spiritus deſcriptio.

## ARGVMENTVM LIBRI TERTII AENEIDOS.

Narratio erroris Aeneæ poſt patriam relictam, vſque ad hoſpitium Africanum.

Poſtquam res ] Narraturus errores ſuos optimè incipit, à neceſſitate recedendi de Troia. Nō tamen omittit excuſationem ſuam, qua vult firmatum, nō tantam Græcis, ſed alijs aduerſantibus ob nullam culpam perijſſe imperium Troiæ. Poſtq. res ] Ponit quatuor aduerſa præterita, quib. affligebatur, & totidem futura, vt expectatio acerba futurorū augeret mala præterita. Eſt autem tranſitio. Immeritam]Commiſerationem mouet ab effectu. Superis] Laus Ilij, quod non niſi dij potuerunt euertere. Fumat] Oſtendit omnia fuiſſe conſumta. Diuerſa exilia]Sicut in 2.lib. deſcripſit poëta excidium Troiæ, ita hic nauigationē, præcipuè conſiderandi mores & ſitus gentium. Siſtere detur]A præteritis tractum eſt, quia nec in Thracia permanſit, nec in Creta. Et pater]πρέπον ſeruauit. Cum ſocijs] Tacuit patrem, quia iam nominauerat. Aeneadaſque]Eſt enim oppidum in Thracia Aeneadum nomine. Horrendū] Prodigium horrendū. Frigidus horror] Natura timo-

mo-

moris. Tentare latentes ] Miraculum enim eſt ingens, ex arbore ſanguinem fluere. Gradiuumque ] id eſt, Martē, à graſſando, quia bello graſſatur. Gemitus ] Conqueſtus Polydori de ſepulcro. Aeneæ]. Ex nomine proprio apparet, notum cum noto loqui. De ſtipite manat] Perſonarum & temporis poſuerat partes, nunc ponit loci Heu fuge] Ex iteratione verbi neceſſitatem oſtendit fugiendi. Obſtupui] Ab effectu timoris. Hunc Polydorum ] Narratio. Infelix ] πάθος. Mandarat ] Aphæreſis, pro commendarat. Threicio] Auxit ex regione crudelitatem, ex qua fuerūt Diomedes & Lycurgus & Tereus. Threicio pro Thracio, Ionica dialecto protulit. Ille ] Impietas illius exprimitur. Nam iura hoſpitalitatis, quod eſt maximum crimen, fregit. Fas omne ] Et cognationis & iuris & hoſpitij. Auri ſacra fames] γνώμη per exclamationem. Vide Chil. 3. Cent. 4. Prouerb. 64. Omnibus idem ] Plus eſt, quam ſi diceret ſimilis. Scelerata] Pro ſceleratorū. Dare claſſibus] ἐναλλαγή. Ergo inſtauramus ] Mos expiandorum manium, qui non elati ſunt legitimo funere. Cupreſſo] Cupreſſus mortis ſymbolum. Supremum] Non eſt nomen, ſed aduerbium, vt toruum clamat. Sacra mari ] Deli deſcriptio. Rex Anius] Exemplum hoſpitalitatis & amicitiæ. Occurrit] Magna beneuolentia, vt rex & ſacerdos non expectarit peregrinos ad ſe venire, ſed vltro accurrerit. Erat autem hæc maiorū conſuetudo, vt rex eſſet & ſacerdos & pontifex. Anchiſen amicum] κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendum. Nam quo modo fuerint amici, non dicit palam Iungimus hoſpitio] Religio Aeneæ. Da propriam] Duo petit, & vrbem & perpetuitatem. Relliquias] ἐπένθεσις. Quem ſequitur] Nam exulantib. Apollo ſedem debebat oſtendere. Da pater] Religionis nomen eſt. Tremere] Alludit ad timorem vaticinantium. Lauruſque ] Solebant

Phœbi

Phœbi ſacerdotes lauri folijs commeſtis vaticinari. Dardanidæ] Oraculi reſponſum. Et nati natorum] Vide Chiliad.3.Cent.1.Prouerb.93.Oraculum vero falſo interpretatur Anchiſes.Tum genitor]Narratio. Cunabula] Vide Chil. 3. Cent. 7.Prou. 53. Hinc mater]Ab obſeruatione ſacrorum arguit eos eſſe maiores ſuos. Eſt autem Cybele à rotunditate dicta, & terram ſignificat.Ergo agite] Adhortatio. Placemus ventos] Facit rē facilem à breuitate nauigationis. Gnoſia regna] Gnoſos vrbs Cretæ inſignis.Modo Iuppiter] Temerariū enim eſt polliceri aliquid de futuro,cuius ſumus incerti,niſi Deus faueat. Hinc mater] Cretenſes enim affirmarunt Iouem apud ſe genitum, mentientes,vt Callimachus ait.Taurum] Ex Hom. tranſtulit hunc locum. Nigram hyemi]Bono vſus eſt ordine, vt prius auerteret mala, deinde conciliaret optanda. Fama volat] Occaſionem recenſet vacantis regni Cretici,veriſimiliorem narrationē reddens. Ortygiæ]Nam Cretam inſulam à priſcis ſic appellatam fuiſſe traditur. Volamus] Oſtenditur proſpera nauigatio. Curetum]Curetes primi fuerunt Cretæ cultores.Pergameamque] ζεῦγμα à ſuperioribus, hoc eſt,vrbem. Hortor amare]Periphraſes poëticæ.Subito cum tabida]Peſtis deſcriptio.Et victum] Peſtilentiam inſequitur fames.Phœbūq; ] Ab Apolline enim irato peſtis credebatur immitti, ſicut Hom.Iliad.α.oſtendit. Nox erat] A temporis deſcriptione.Quod tibi delato]Penates edocent Aeneam, quò nauigādum ſit. Nos te] Repetitione hac grauitatem & fidem addit orationi.Tu mœnia]Iam ferè exprimunt oraculum Apollinis penates. Eſt locus] Topographia, vt loci amœnitate & fertilitate magis alliciat Troianos, Iaſiuſque] Frater Dardani, quem quum occidiſſet,primum in Cretam,deinde ad Phrygiam peruenit. Coritum] Deſignat partem regionis, ne

Vu rurſus

rurſus error procreetur ex magnitudine locorum. Negat tibi] Certa ſententia. Nec ſopor ] Soluta elocutio. Tendoque ſupinas] Honeſta elocutio, cum vno ſermone reſpondemus duobus, vt, Interea feſſos ventus cum ſole reliquit. Anchiſen] Aeneas patri viſa narrat. Tum memorat ] Hortatur Anchiſes Aeneam, vt nauiget ex Creta in Italiam. Caſſandra] Vni enim Caſſandræ credendum non fuit, deinde non videbatur veriſimile tam longinquas ſedes eſſe petendas. Caua trabe ] Nauis περίφρασις optima. Poſtquam altum] Tempeſtatis eſt deſcriptio, quam tranſtulit ex Hom. Odyſſ. 12. Gurgite] συνεκδοχή. Gurgite vaſto ] Epitheton auxit ταπείνωσιν. Ipſe] ἔμφασις. Cæca caligine ] Nigra. Attollere viſa] Naturaliter hoc dixit, quoties enim appropinquamus littoribus, exurgere terra videtur, & fumum emittere. Strophadum ] In Strophadas peruenit. Harpyiæque] Fabula Harpyiarum. Caprigenumq;] Forma eſt neutri generis, ſed genitiuus ponitur κατὰ συγκοπὴν, pro caprigenarum. In prædam] ἓν διὰ δύο, pro in prædæ partem. At ſubitæ] Rei abominabilis deſcriptio. Ariſq;] Veteres enim quoties epulabantur, libabant laribus. Dat ſignum] Miſenus cecinit claſſicum. Celæno ] Vaticinium Harpyiæ dirum, prædicebat enim mala in terra, quam ſummè expetebant Troiani. Bellum ] Inuectio, quam non oportuit habere principia, fuit enim iraſcentis. Figite dicta] Dat orationi ſuæ autoritaté, cum veluti ex mandato Iouis & Apollinis iuſſu illa ſe dicere affirmat. Italia] Hæc poſuit, vt ex ſuis faceret fidem ſequentibus. Dira fames ] Iſta mentitur ( vt Seruius ait) Nam imminens Troianis fatalis eſt fames. At pater Anchiſes ] Huic ſemper dat partes conſiliorum & ſcientiam ſacrorum. Zacynthos] Inſulæ Græciæ, ſub imperio Vlyſſis. Actiaque] Alludit ad ludos Actiacos inſtitutos ab Auguſto Cæ-

ſare,

ſare, deuicto Antonio ad Actium, in honorem Apollinis. Luſtramurque] Vide Chil. 3. Cent. 1. pro. 40. Magnum annum] id eſt, totum & integrum, quam longus ille fuerat ἰδιωτισμῷ. Butroti] cauſam enarrat Aeneas, cur Butrotum, quæ vrbs eſt Epyri, repetat. Priamidem] Ratio à perſona. Graias] A loco. Libabat cineri] Inferiarum ritus. Vt me] Subiti euentus. Calor oſſa] Nam turbata mente calor recedit. Verane te] Ex occaſione loci & parentationis cauſa, putabat mortuum. Lacrymaſque] Hæc omnia peruenerũt ex mariti recordatione. Eſt autem πάθος inſigne. O felix] Oratio eſt affectuoſa Andromachæ, per comparationem exaggerata, qua miſeriam ſuam & infelicitatem deplorat, vt caſum ſuum explicet. Hermionẽ] Quæ Oreſti nupſit, verùm occiſo Agamemnone & fugato Oreſte, illã rapuit Pyrrhus, interfecto Pyrrho, priori marito reddita eſt. Scelerum furijs] Matricidio ſcilicet. Patriaſq;] Achillis. Veſcitur aura] περιστολογία. Ecquæ iam] Muliebris cura. Priamides] Helenus Troianos in hoſpitium ducit. Aulai] διαίρεσις. His vatem] Ab Heleno Aeneas petit conſilium. Exorditur autem à ſcientia & ſapientia ſua, quo facili⁹ ipſi perſuadeat vt futura prædicet. Fare age] Non iubet ſed hortatur. Namque omnem] ἐναλλαγή. Repoſtas] pro repoſitas, συγκοπή. Prodigium] Prodigia dicuntur, quibus nunciantur aduerſa. Poſcit autem remedium, quo aduerſa tolleret, aut poſſit effugere. Triſtes iras] id eſt, deorum, propter iniuriam ſuam. Obſcœnamq;] Metonymia eſt. Obſcœnã enim vocat famem ab effectu, eò quod homines ad obſcœna cõpellat. Ipſe manu] Quod eſt aptum ſignum beneuolentiæ. Nate dea] Helenus præmonet Aeneam de omnibus. Prohibent] Vt connubium Didonis, tempeſtatem in mari Siculo, patris mortem & alia. Quam tu iam rere propinquam] Hoc eſt, Quamuis

Italia proxima ſit, tamē longo circuitu adeunda eſt Sicilia. Ignare ] pro ignarus, ἀντίπτωσις. Signa tibi dicam ] Indicat Aeneæ locum vrbis condendæ in Italia. Alba ſolo ] Albæ origo. Nec tu menſuram] Oſtendit futuram famem, ſed non nocituram. Has autem terras] Docet Italiæ partem verſus Græciam vitandam. Et poſitis aris] Ritum ſacrorum præſcribit Aeneæ. Hæc loca] Loci deſcriptionem proſequitur. Dicit autem veterum ſequi ſe opinionem, facitque veriſimile, quia vetuſtate temporis multi ſitus locorum mutati ſunt. Læua tibi] Venientis perſonam reſpexit. Tantum æui ] ἐπιφώνημα. Teſtatur hoc idem Saluſt. Heſperium ] ἐναλλαγή. Nam minora à maiorib⁹ ſegregantur, ſed contra dixit. Abſcidit] id eſt, abrípuit. Dextrum Scylla] Vide Chil. 1. Cent. 5. Prouerb. 4. At Scyllam cæcis ] Monſtra explicat Scyllæ & Charybdis. Cohibet] ἐναλλαγὴ eſt in ſenſu. Nam ipſe ſe continet intra ſpeluncam. Exertantem ] ὁμοιοτέλευτον. Piſtrix ] Fortaſſis alludit ad hiſtoriam, qua ſcribitur Scylla Pyratica claſſis fuiſſe, quæ ſit inſidiata nauibus hoſpitum. Præſtat Trinacrij] id eſt, vitare fretum curſu lōgiore. Præterea ] Dicturus rem magnam, & ad Aeneæ ſalutem inprimis pertinentē commendat altis ſenſibus tenaciter retinendam. Vnum] ἐπανάληψις. Iterumq́; ] ἐπίζευξις. Iunonis ] Precibus & donis placandam eſſe admonet Iunonem, vt poſſit in Italiam venire. Iunoni] ἀναφορά. Folijſque ] Folia Sibyllæ. Vide Chil. 1. Cent. 7. Prouerb. 91. Digerit] Vaticinia carmine heroico complectebantur. Hæc ſunt] Epilogus ab hortatione. Dona dehinc ] Aeneas ab Helena dona accipit. Hamis auroq́; ] id eſt, hamis aureis, per ἓν διὰ δυοῖν. Addit equos ] ἐπαναφορά. Quē Phœbi ] Valedictio. Et tamen ἀνακόλουθον eſt, non præcedente Quanquam. Auſoniæ ] Demonſtratio. Nec minus] πάθος. Tanta donat, quanta merebatur.

tur. Accipe & hæc] Aſcanij dignitas. Et longum] πάθος ab imagine abſentis. Sic oculos] Amplificatio per diſtributionem. Viuite felices] Valedictio per gratulationem. Semper cedentia] Impoſſibilia dicit, ſed per illa ſuum tædiũ exprimit, qui tot annos laborioſe, periculoſeq; nauigans nondum venire potuerat, quò cupiebat. Si quando Tibrim] Alludit ad amplitudinem Romani imperij. Sol ruit] Chronographia, id eſt, temporis deſcriptio. Arcturum] Sidera ſeptentrionalia, quæ nautæ obſeruant. Italiam] ταυτολογία, παλιλογία, ἀναφορὰ, qua exprimit nauigantium affectum. Cratera coronant] Mos coronãdi pocula. Dij maris] Votum Anchiſæ. Huic ſacrorum curam aſſignat Virgil. quia ſenior. Portus ab] Portus deſcribitur. Primum] Primum omen. Bello] Reddit rationem vaticinationis. Bellum] ὑπερβολή, ἀντίφρασις. Sed tamen] ἀνακόλουθον. Haud mora] Regrediuntur Troiani ex Italia petituri alterum latus. Trinacria] A quib⁹ promontorijs. Atque æſtu] Deſcribit loca Charybdi vicina, quam eſſe credit ex periculi magnitudine. Saxa horrenda] Redit ad hiſtoriam, nam pro Scylla, dicit horrenda ſaxa. Remis] Vide Chil. 1. Cent. 4. Prouerb. 18. Contorſit læuas] ὑποτύπωσις. Quid excogitatius ad comparandam admirationem? Tollimur] ὑπερβολή. Ter] ἀναφορὰ. Sed horrificis] Deſcriptio poëtica Aetnæ. Prorumpit] id eſt, euomit, & eſt noua elocutio. Fama eſt] Fabuloſam narrat cauſam ardentis Aetnæ. Immania] Sicilia monſtrifera. Fauilla] ἀντίφρασις ſcintillæ. Et lunam] Mora ſpondaica, apta rei de qua agitur. Auroræ] ὕστερον πρότερον in ſenſu, antè enim aurora eſt, quam ſit dies. Ignoti] Achæmenidis. Reſpicimus] Conuertimus oculos ad illum. Per ſidera] Confitetur originem, vt miſericordiam captet. Hoc ſat erit] Confutatio. Et genua] Obſerua veterem ſupplicandi ritum. Fa-

ri] Fari,id eſt,eloqui.Haud multa]Nimiæ benignitatis eſt,non expectare primas preces.Pignore]Manuum coniunctione, qua firmantur amicitiæ. Sum patria]Circumſtantias omnes exequitur, loci,perſonæ, temporum. Vaſto Cyclopis ] Deſcriptio antri Cyclopis. Dij talem] Pathos per exclamationē. Vidi ego mei] πάθος ab atteſtatione.Manu]μετακισμός.Aſperſaque]Seruius ait, melius dici,experſa, id eſt, madefacta. Nam ſimul] Hoc demum eſt ſapere, in periculo ſapere. Hac autem ratione facit rem veritati magis conſentaneam. Ceruicem] Deſcribit in Perſona Polyphemi ebrioſum hominem. Sed fugite]πάθος.Nam qualis]Et feritatem & molem indicat. Tertia ] πάθος ex tempore. Cum vitam]Commiſerationem mouet à circumſtantijs. Addixi]Addicere eſt ſe dedere in ſeruitutem alterius.Monſtrum ] Polyphemi deſcriptio. Trunca manum] Vide Quintilianum lib 8.cap. 4. Dentibus] πάθος.Graditurque]Immenſæ proceritatis expreſſio. Quo pontus ] ὑπερβολή. Quales ] comparatio. Scyllam] Vide Chil. 1. Cent. 5. Prouerb. 4. Ortygiam]ὀρτύγιον Græci dicunt quicquid venuſtum eſt. Pachyni]περίφρασις promontorij. Camarina] Vrbs prope paludem.Vide Chil. 1. Cent. 1. Prouer. 64. Illætabilis]Expreſſit plenam mortalitatem. Amitto Anchiſen ] ἀποστροφὴ ad patrem , dicit enim fruſtra eum ereptum ex periculis, quia Italiam nō attigit. Nec vates]πάθος.Deus appulit] Bene ſe commendat Reginæ, dicens ſe ad eam deorū voluntate veniſſe.Sic pater ] Attributa enim oratio Aeneæ fuerat.Conticuit tandem ] Epilogus.

## ARGVMENTVM LIBRI QVARTI AENEIDOS.

Fabula amoris exitialis,quo correpta fuiſſe Dido

narra-

narratur, & diſceſſio ex Africa Aeneæ, hoc libro continetur.

At Regina] Totus hic liber affectibus conſtat. Vim enim amorũ in perſona Reginæ graphicè depingit, & ratio variorum affectuũ in hoc libro docetur. Exordio & inſinuatione vtitur, qua Aeneam laudat. At regina] At eſt hic coniunctio aduerſatiua à qua eleganter, quaſi magnum quiddam ꝓmittens, orditur Virgilius. Vulnus ait] Alludit ad poëticam deſcriptionem Cupidinis. Poſtera Phœbea] Diei ortus deſcriptio. Anna ſoror] Amantis oratio. Credo] Inſinuatio eſt, quæ continet laudem Aeneę, vt ſimul exprimat magnam & iuſtam amoris cauſam. Si non pertæſum] Secunda inſinuatio continet argumentationem cõditionalem, ſed eam infirmam & inualidam, quæ pudicitiæ prætextũ præ ſe fert. Anna fatebor] Pathetica eſt oratio & apertior. Sed mihi vel] Obteſtatio, in qua rationis conſilio appetitui aliquantulum reſiſtit. Vide Chiliad. 3. Cent. 1. Pro. 59. Sic effata] Peroratio. Anna refert] Oratio eſt ſuaſoria. O luce] Salutatio. Soláne] Obiurgatio vice propoſitionis. Nec dulces] A matrimonij cõmodo. Id cinerem] Confutatio ab inutili. Hinc Getulæ] A neceſſario. Dijs equidem] A præiudicijs, Vide Chil. 1. Cent. 1. Prouerb. 72. Quam tu vrbem] A conſequentibus. Tu modò] Peroratio. Et aquoſus] Orion aduerſus nauigantibus. Principio] Narratio elegans, in qua poëta perſtringit vltimas amoris ſuppetias, id eſt, ſacrificia, quibus ſpem ratam concipere voluerit Dido, ſororis Annæ conſilio. Iunoni] Iuno pronuba. Ipſe tenens] Ritus ſacrificij. Heu vatum] Exclamatio. Interea] Redit ad narrationem. Qualis coniecta] Comparatione perſtringit amoris affectus. Nunc media] Amplificatio. Mediaque in] Vis amoris. Expoſcit] πάθος. Sola domos] πάθος. Abſens abſentem]

Vide Chil. 2. Cent. 7. Prouerb. 84. Non cœptæ] Negligentes reddit amor. Talibus aggreditur] Ironia, qua Iuno argumentum à turpi proponit. Vna dolo] A cauſa inhoneſta. Quin potius] Conſilium à facili, antecedenti & opportuno. Communem hunc] Epilogus. Olli] ἀντίστοιχον, pro illi. Sic contra eſt] Venus εἰρωνικῶς approbat ſententiam Iunonis. Venatum] Narratio & conſilium Iunonis, quo à circumſtantijs facilitatem rei oſtendit. His ego] Aſtutia Iunonis. Annuit] Venus annuit. Oceanum] χρονογραφία. Iubare] ὕστερον πρότερον eſt in ſenſu. Nam prius oritur Iubar, deinde aurora. Stat ſonipes] Plenus & ſonorus verſus. Qualis vbi] Comparat Aeneã Apollini, præſertim propter habitum pharetræ. Ecce feræ] Deſcriptio venationis. Optat aprum] Obſerua iuuenilem affectum maiora virib' optantem. Magno] μυτακισμός. Speluncam] Coniugium Reginæ & Aeneæ. Prima &] Prodigia inauſpicatarum nuptiarum. Extemplo] Excurſus famæ per προσωποποιΐαν. Et laudat eam à contrario, quum enim omnia labore minuantur hæc creſcit. Ingrediturque] Hic vult innuere, famam nec humili fortunæ, nec ſuperiori parcere. Terra] Generaliter parens eſt omnium rerum. Ira irritata] ἀμφίβολον. Pedibus] Conuertit rerum epitheta. Nam pernix pedum eſt. Tam ficti] Fama omnia deprauat atque exaggerat. Hæc paſſim dea] Vide Chil. 1. Cent. 6. Prouerb. 25. Centum] Finitus numerus pro infinito. Excubias] Definitio æterni ignis. Aſpicis hæc] Increpatio. Fœmina] A ſexu. Mouet autem indignationem à circumſtantijs. Connubia noſtra] à facto & perſona facit comparationem. Mæonia mentum] Alludit ad Phrygios ſacerdotes. Cybeles] μυτακισμός. Vade age] Propoſitio. Dardaniumque] A perſona Aeneæ. Si nulla] ab honeſto. Aſcanio] à perſona filij. Quid ſtruit] Interrogatio

tio. Inimica] Præoccupat quaſi præſcius. Hæc ſumma] Epilogus. Talaria nectit] Vide Chil. 1. Cent. 2. Prouer. 42. Tum virgam] Chil. 1. Cent. 1. Prouerb. 97. Mercurij habitũ, quem hic deſcribit ad ſermonis & eloquentiæ naturam referas, qua nihil velocius atq; validius. Apicem ] Montem excelſum deſcribit. Atlantis] ἀναφορά. Piniferum] μεταφορὰ ab animali ad inanimale. Riget ] Accurata poëtæ arte horridis riget literis carmen. Aui ſimilis] Similitudo. Volabat] Homœoteleuti verſus. Magalia] Barbaralexis. Fulua] Viridante. Tyrioque] Proprie deſcribit purpurã. Tu nunc] Propoſitio, in qua eſt obiurgatio. Pulcramq;] πάθος. Ipſe deum] Huius perſonæ autoritate grauiorem facit ſuam obiurgationem, & vt maior ſit metus, poteſtatem ipſius deſcribit. Si te nulla] Argumentum ab honeſto. Ore locutus ] μεταπλασμός. Cyllenius ] ἀντονομασία. Et procul in] Homericum eſt. Finguntur enim dij venti quidem illi. At verò ] Ibi tum. Atque animum] Anceps animus. Per hoc verò oſtenditur, cogitaſſe eum de amore, ſed prætuliſſe voluntatem deorum. Quis fallere ] παρένθεσις. Bacchatur ] Furibundum amorem nota. Qualis commotis] πάθος à parabola. Diſſimulare] Propoſitio per increpationem. Nec te ] ἐπαναφορὰ. Data dextra] Fœdus amorum. Quin etiam] ab intempeſtiuo. Quid ſi non] A maiori. Per ego] Precatio. Si bene quid ] A merito & honeſto. Te propter] Mouet affect⁹ à funeris calamitatibus. An mea] Extenuatio. Getulus ] Infenſus ob repulſam. Ante fugam] Fugam dicit: Nam non vult honeſtare rem, ſi dicat diſceſſum. Immota ] Phyſicum enim eſt, vt oſtendamus qualitatem animi ex oculorum aut corporis mobilitate. Ergo te quæ plurima] Captatio beneuolentiæ in re dubia, à Reginæ & ſua perſona. Ne finge fugam ] Propoſitio. Me ſi fata ] Excuſatio per tranſlationem. Sed nunc ] Neceſſitas

fatorum. Si te] Arguit à ſimili. Me patrijs] Neceſſitas à manibus patrijs. Me puer] A pietate. Nunc etiam] A monitis deorum. Teſtor] Obteſtatio. Ipſe deum] Emphaſis à ſenſu. Talia dicentem] Peroratio. Nec tibi diua] Exprobratio à perſona Aeneæ per abruptum principium. Num fletu] Vide Chil. 1. Cent. 7. Prou. 64. Iam iam nec maxima] Ab effectibus perſonæ probat Aeneæ crudelitatem. Vbera tygres] Oſtendit per alimoniam lactis, mores pueris infundi. Eiectum littore] Commemoratio beneficiorum. Nunc Lyciæ] Vide Chil. 1. Cent. 8. Prou. 67. Scilicet is] Amara ironia. I, ſequere] Satis artificioſa prohibitio, quæ fit per conceſſionẽ. Anima] ἐναλλαγὴ, pro animam artubus ſubduxerit. At pius Aeneas] Viri eſt affectus ratione vincere. Tum verò] Troiani ſoluunt ora. Ac veluti] Sedulitatẽ Troianorum ſtudio formicarum comparat. Quis tibi] πάθος per auerſionem. Improbe amor] Exclamatio poëtæ contra amorem. Anna vides] Petit Dido Annam pro ſe apud Aeneam intercedere. Eſt autem oratio generis deliberatiui. Sperare] pro timere ἀκυρολογία eſt. Nam ſperamus bona, timemus aduerſa. Colere] ἐναλλαγὴ modi. Nam infinitiuus ponitur pro indicatiuo, id eſt, colebat. Nõ ego] Ab honeſto, nempe reddenda gratia, ꝗ non læſiſſet. Nec patris] Atrox ſcelus. Miſerere] πάθος. Fata obſtant] Callidè reijcit in deos. Ac veluti] Homerica cõparatio, ἰλ. μ. Mens immota] Vir fortis affectu moueri poteſt, vinci non debet. Latices] Nota portenta, quæ portendere ſolebant mortẽ. Solaq́; ] Bubo lethalis auis. Sola ſibi] Peſſimum erát portentum regibus et principib. eſſe ſolitariũ. Eumenidũ] Exempla. Armatũ] Cauſam ipſam furoris oſtendit. Vltriceſq́; ] Conſcientia non quieſcit. Inueni] Propoſitio. Oceani] Narratio, in qua conſiliũ aperit ſorori, quonam pacto magicis artibus detinere velit Aeneam. Fictum

autem

autem eſt. Ita enim celabat conſilium mortis. Hic
mihi Maſſylæ]Vide Chil. 2. Cent. 3. Prouerb. 98.
Teſtor] Inſinuatio à neceſſitate. Accingier] παρα-
γωγή. Pallor]Mortis inſtantis effigies. Intenditq;]
ἐναλλαγή,pro eo,intendit ſerta per locum.Effigiem-
que] Exprimitur amantis affectus. Tercentum]
Trecenos Ioues habuit vetuſtas.Ter]ἀναφορά. Nox
erat]Protenditur iſta deſcriptio ad exaggerationem
vigiliarum Reginæ. En quid agam] Pathetica ora-
tio,qua Dido cõſulit,ſequatur ne Troianos,an mo
riatur.Eſt autem deliberatio mirè vehemens, & eſt
primũ caput deliberationis ſine exordio. Quis me
autem] Ironia. Et quos] à difficili. Quin morere]
Epilogus. His germana]Reijcit mali cauſam in ſo-
rorem. Huic ſe forma] Mercurius eodem habitu
Aeneæ apparet. Omnia Mercurio] Verſus hyper-
meter. Nate dea] Obiurgatio à neceſſario. Vide
Chil. 2. Cent. 7. Prouerb. 95. Poteſtas] A facili. Eia
age] Epilogus. Varium &] Sententia remouet du-
bitationem.Ecce iterum] Vigilantia principis.Et iã
prima] Crepuſculum. Proh Iuppiter] Abruptum
principium,& propoſitio cum magna Emphaſi.Ite]
eſt διάλυτον ſiue ἀσύνδετον, ſiue βραχυλογία. Quid
loquor]Correctio per exclamationem. Infelix Di-
do] ἀποστροφή. Quem] ἀναφορά. Verum] Com-
plexio. Extinxem] συγκοπή, pro extinxiſſem. Sol
qui] Imprecatio. Tum vos] Alludit ad bella puni-
ca. Qui face] Hannibalem innuit. Littora] πολύ-
πλωτον. Tum breuiter] Multa mandat vetulæ, vt
moram trahat, quo ipſa ſolitaria ſine interpellatio-
ne ſe interimat. At trepida]ὑποτύπωσις. Munus]Vi-
de Chil. 1. Cent. 3. Prou. 35. Enſemque] Alludit ad
enſem Aiacis,donatũ ab Hectore, quo ſe Aiax in-
terfecit. Dulces] πάθος, ex ſermone conuerſo ad
inanimata.Vrbem]Recordatio omnium quæ in vi-
ta geſſit.Sed moriamur] Verba furentis & iam mo-

ritu-

rituræ. Sic ſic] ἐπίζευξις. It clamor] Innuit Carthaginis direptionem, quæ facta eſt tertio bello Punico. Hoc illud] Querula oratio Annæ, qua mortis cauſam in ſe transfert. Hoc illud] ἐπαναφορά. Quid primum] πάθος cum addubitatione. Illa graues] Plane morientum affectus. Ter ſeſe] ἀναφορά. Irim] Loquitur ex opinione eorum, qui ante tempus mori credebantur. Nondum illi flauum] Parcas intelligit nondum rupiſſe ſtamina.

## ARGVMENTVM LIBRI QVINTI AENEIDOS.

Ludorum funebrium in Sicilia hic liber narrationem, & periculum ac damnum inflammatæ claſſis, continet.

Interea] Poëta ex perſona ſua iter claſſis vſque ad ipſam deſcribit Italiam. Librum libro more ſuo connectit. Vt pelagus] Similis tempeſtatis deſcriptio & in 3. Olli] ἀντίστοιχον. Magnanime] Oratio Palinuri ad Aeneam. Nec nos obniti] Non eſſe pugnandum cum fortuna. Fida] Propter Aceſtis, qui fuit rex ex Egeſta & Criniſo fluuio prognatus, affinitatem. Fraterna] Propter Erycem, Veneris & Butæ filium. Tum pius] Reſponſio Aeneæ. Occurrit] Impatientiam cupientis gratulari ſignificat. Et pelle] Refert habitum paternum. Ex aggere] More militar.. Dardanidæ] Narratio. Hunc ego] Amplificatio à maiori, ducta à circumſtantia loci. Struceremque] περίφρασις. Ergo agite] Adhortatio. Si nona diem] Alludit ad Nouendiale ſacrum, atque adeo funebre. Meritæ] Præmonet quod recto iudicio attribuetur palma. Ore fauete] εὐφημεῖτε. Hoc puer] ἐπαναφορά. Ille, à concilio] Parentatio ad tumulum Anchiſæ. Salue] Deploratio. Non licuit] Ideo in 3. dixit Aeneid. Heu tantis nequicquā erepto

pto

pte periclis. Adytis cum]Serpens ex adytis elapſus. Ceu nubibus]Comparatio. Eius autem rei & ſupra in 4. lib. Aeneid. in fine fecit mentionem. Serpens] Serpens participium hic eſt, non nomen. Genium] Nullus locus ſine genio. Viſuri Aeneadas]Expreſſit pleniſſ. laudem Troianorum, cum Siculi non ſolum cauſa ludorum conuenirent. Munera] Alludit ad morem Romanorum. Et palmæ] ζεῦγμα vtriuſque lateris. Armaque]Tranſit ad generalitatem, ne ſpeciatim diceret. Prima pars] Nauale certamen. Priſtin]vel à tutela depicta, vel ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, id eſt, à ſecandis fluctibus, autore Seruio. Pubes quam] Syntheſis in numero. Sic, Pars in fruſta ſecant. Genus vnde] ἀποστροφή. Eſt procul] τοπογραφία. Corda pauor] πάθος. Inde vbi] ὑποτύπωσις. Ferit]ὑπερβολή. Non tam]Comparatio à certamine curuli. Conſonat] Echo. Pinus] Materia pro re, per Synecdochen. Eſt autem egregia certantium ὑποτύπωσις. Et nunc] ἐπαναφορά. Palmula] Palmæ & palmulæ, extrema pars remi, in morē palmæ ꝓtenſæ. Tum verò]Iuuenilis ardor & ira. Nec lacrymis] πάθος. Oblitus] σιγματισμός. Ipſe] ἐπαναφορά. Summa] σιγματισμός. Illum &] πάθος. A media] Beneuolentiam captat, & adhortatur ſocios à recordatione virtutis. Oratio eſt generis deliberatiui. Nunc nūc] παλιλογία, ἐπανάληψις. Quanquam ô] πάθος per ἀποσιώπησιν. Hoc vincite] Sit loco victoriæ, vltimos non redire. Olli]ἀντίστοιχον. Attulit ipſe] Prouerbialis verſus. Spacioque] σιγματισμός. At lætus] πάθος. Qualis] A comparatione columbæ, oſtendit nimiam celeritatem Mneſthei in nauigando. Quoniam] Prouerbialis verſus. Inſtigant] Laudis amor & cupido. Dij quibus] Inuocat deos maris. Vobis lætus]Sacrificium pollicetur. Tum ſatus] Aeneas diſpenſator. Mæander] Mæander fluuius tortuoſus. Erat autem in chlamyde flexuoſa,

& in

& in ſe remeabilis purpura.Iouis ] Aquila armiger
Iouis. At qui ] Secunda præmia. Qualis ] Compa-
ratio à ſerpente. Hoc pius ] Secundum certamen
curſorũ.Circus]τοπογραφία,qua redditur res tenuis
illuſtrior. Tegeæ]Oppidum Arcadiæ Tegeum.Ne-
mo] Pollicitatio. Primus] Præmia. Baltheus] Cin-
gulum.Et ventis] ὑπερβολὴ per augẽdi comparatio-
nem.Poſt deinde] Terentianum. Eurialumq́;] ἀνα-
δίπλωσις. Incumbens ] Contentio maxima. Labi-
tur] Niſus cadit. Salio] Salio præreptus honor do-
lo.Niſi caueæ]id eſt,Theatri,circi. Tum pater]Ae-
neæ æquitas.Caſum]id eſt, lapſum. Tergum] dona
diſtributa. Et ſimul] πάθος. Nunc ſi cui ] Tertium
certamen ad cæſtus.Ora Dares ] Daretis ſtolida fe-
rocia notatur. Victorem] Aliorum nimirum. Ergo
alacris]Iuuenilis ardor.Decet vſq; ]τμῆσις. Freme-
bant] Homœoteleuti verſus poëtæ peculiares. En-
telle]Obiurgatio.Non laudis]Obſerua Entelli mo-
deſtiam & generoſum animum.In medium]Palam.
Magnanimuſq́ue]Antonomaſia, ſpecies ab animo.
Quid ſi quis] Amplificat per comparationem. His
magnum] ἐπαναφορά, ἀναστροφή, ἐπανάληψις. Tem-
poribus ] σιγματισμός. Et magnos] Verſus ὑπέρμε-
τρος.Tum ſatus ] ὑποτύπωσις. Immiſcentq́; ] Con-
greſſus. Ille pedum ] Comparatio. Multa] ἀναφορά.
Circum]ἀναστροφή. Ille velut ] Comparatio. Conci-
dit]Repetitio verbi,non ſine gratia.Et vim]Gene-
roſa ira. Præcipitemq́; ] Temeritatis pœnas nota.
Quam multa ] Comparatio. Infelix ] Conſolatur
Aeneas Dareta Cede Deo] à potentia deorum,cui
nemo reſiſtere poteſt.Ergo ei non erit pugnandum
cum dijs.Aſt illum]πάθος.Palmã]Exprimit,quanto
cum dolore hæc facerent. Effractoq́; illiſit] ἐναλλα-
γὴ,fregit oſſa & illiſit in cerebrum.Exanimiſq́;]Al-
ludit ad ſacrificia Italiæ. Protinus Aeneas] Certa-
men quartum ſagittariorum. Aurea ſortem ] Ho-
meri-

merica ſortitio, coniectis ſortib' in galeam Hyrtacide ] ἀντίθεσις eſt. Queis innexa ] Græciſmus. Decidit] ἐναλλαγή. Augurio] Prodigiorum omen. Cœlo ceu ] Comparatio. Summe ] ἐπένθεσις, pro, ſume, id eſt, accipe, tolle. Sui monimentum] μνημόσυνον. At pater ] Quintum certamen puerorum equeſtre. Tonſa coma ] A finitis ſex continuis dictionibus numerum exhilarauit. Flexilis ] Torquis, περίφρασις. Tua clara ] ἀποστροφή. Genus vnde ] Hæc dicit propter Actiam, matrem Auguſti. Inde alios ] Complicati verſus, connexæque ſententiarum partes ac membra, quibus decenter nexus & orbes illi, Troiæ ludi veluti impediuntur. Vt quondã Creta] Comparatio à Labyrinthi erroribus. Carpathium] Mare inter Aegyptum & Rhodũ, ab inſula Carpatho illic poſita. Rettulit] διπλασιασμός. Troiaq́;] Troiæ ludi origo. Hæc celebrate] τμῆσις. Irim de cœlo] Iris nuncia Iunonis. Per mille] Iris deſcriptio. Eſt autem in hoc verſu ἀντίπτωσις, pro mille colorum. Dardanidum] συγκοπὴ pro Dardanidarum. Achaica ] Græca. O miſeræ ] Oratio hortatoria, qua ab affectu mouet exordium. Septima ] Amplificatio à tempore, à facili & opportuno. Operam] à pio. Eſt autem exclamatio omnino pathetica. Nam mihi] A neceſſario, nempe, à vaticinij autoritate. Deus ipſe] ab occáſione. Connixa ] Syllabarum aſſultus. Diuini ] à diuinitate. Ipſe egomet ] Tautologia. Tum verò] Audacia muliebris. Pars ſpoliant ] σωύθεσις. Tranſtra per ] ἀναστροφή. Nuncius ] πάθος. Aſt illæ ] Metus muliebris. Indomitas ] ἀκάματον πῦρ. Nec vires] πάθος. Tum pius ] Oratio deliberatiua ad Iouem. Abſcindere] ἐναλλαγή, pro abſcindebat, qua figura crebrò vtitur. Nunc pater] πάθος regij animi ſoliciti pro ſuis. Tempeſtas ] Tempeſtas ſubita. Ardua ] περίφρασις montium. Robora] Materia roborea ædificandis nauigijs vtilis. At

pater

pater]Cura principis. Tum ſenior ] Senile conſilium ab ætate prudentia & religione commendat. Nate dea]Honorifica compellatio. Quicquid erit] γνώμη conſolatoria. Eſt tibi ] Narratio. Hunc cape] Conſilium. Viſa dehinc ] Anchiſes filio per ſomnum apparet. Nate mihi]Beneuolentia iungitur vice exordij. Nate ] ἐπαναφορά. Imperio ] Narratio. Gens dura] confirmatio conſilij. Ditis ] πλούτων. Nonne impia ] à facili & opportuno. Tum genus] Eſt hæc παρασκευὴ libri ſexti. Ceu fumus ] Animæ ſimiles venti & fumi. Quo inde ] ἐπαναφορά. Haud mora ] Aeneas iuſſa parentis exequitur. Robora] Verſus hypermeter. Et lucus ] Spondaicus verſus. Dies nouem] Alludit ad Nouendiale ſacrum. Viſa maris]id eſt, Salis vultus. Stans procul ] Alte. At Venus]Venus ſolicita pro Troianis. Iunonis ] Exordium à neceſſario. Quam nec] ἐπαναφορά. Relliquias ] διπλασιασμός. Eſt autem amplificatio. Aeolijs ] πάθος à loco. Proh ] Exclamatio. Exuſſit fœde ] Inuidioſe dictum. Oro liceat] Petitio. Si conceſſa]ἐπαναφορά. Saturnius] Antonomaſia. Fas omne ] Propoſitio. Vnde genus ] Ratio. Millia multa]Innumeros. Congreſſum] Aeneas contra Achillem. Nec dijs, nec viribus]id eſt, aduerſus. λιτότης eſt. Feris]id eſt, equis, per metonymiam. Cœruleo] Hom. Odyſſ. ν. Currum deſcribit Neptuni. Palæmon ] Portuum eſſe deus perhibetur. Phorcique] Marini numinis. Thetis] ab alendo alumna. Melite] à μέλιτος. Cymodoceq;] Ακῦμα. Nox humida] ἐπίθετον. Cum leuis ] Somnus Phorbanti ſimilis. Salis placidi] Maris facies. Viique ſoporatum ] Vis ſomni. Et ſuper]Proœconomia. Sirenum]Sirenes monſtra marina. Aſſiduo] σιγμαλισμός. Nocturnis]Dat ei hoc & in decimo, vt, Ipſe ſedens clauumq; regit, veliſq; miniſtrat. Multa] Nomen pro aduerbio, Græciſmus. Caſu amici]Propter caſum. Nudꝰ] Inſepultus, mortuus.

Argu-

# ARGVMENTVM LIBRI SEXTI AENEIDOS.

Narrantur hoc libro appulſæ naues littori Italico,& deſcenſus Aeneæ ad inferos,& eſt inſerta hiſtoria, ἔκθεσις rerum Romanarum.

Sic fatur] Lacrymatur cum decoro pietatis Aeneas amico Palinuro amiſſo.Immittit habenas]μεταφορά. Quærit pars]Secundum illud, Ac primum ſilicis ſcintillam excuſſit Achates. Mentem]περιττολογία eſt.Dædalus] Fabula de Dædalo. Androgeo] Genitiuus à nominat. Androgeos,quo vtitur Aen. 2.Cecropidæ] Vbi ſortiebantur iuuenes, quis mitteretur Minotauro. Gnoſia ] Gnoſus ciuitas Ptolemæo,quę Gnoſus alijs,antea Coranus.Ille domus] Labyrinthus,idem ſup.in 5. Bis]ἀναφορά.Bidentes] Oues.In antrum] Deſcriptio antri. Centum] Finitus numerus pro infinitio.Ante fores]Enthuſiaſmi deſcriptio. Sed pectus] πάθος,ab habitu inſanientis.Non vultus] ἐπαναφορά. Tros] Pro Troius. Nec enim ante] Tractum eſt de matris deûm templo, q non manibus , ſed precibus aperiebatur. Oſſa tremor] Religionis eſt, & diuinæ reuerentiæ. Phœbe graues]Oratio Aeneę.Captat autem beneuolentiã à perſona Apollinis,q ſemper,vt Homerus ait,Troiæ ꝓpugnator fuit.Repoſtas] pro repoſitas, συγκοπή. Vos quoque ] Petitio. Gloria Dardaniæ] Regni Troiani. Tum Phœbo ] Promiſſio ab agendis gratijs. Dicta meæ] Alludit ad libros Sibyllinos Romæ aſſeruatos. Ore loquendi ] Pleonaſmus. O tandem ] Oraculum Sibyllæ. Bella ] ὁμοιοτέλευτον.Addita] id eſt, affixa,& per hoc infeſta. Hoſpita]Externa. Terent. Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem. Tu ne cede ] Docet hac quaſi γνώμη aduerſam fortunã virtute aut vitari,aut minui,aut patienter ſuſtineri oportere. Ex adyto ] Locum

vaticinationis oſtendit. Obſcuris vera] ἐναλλαγὴ, id eſt, veris obſcura inſerens. Omnia percepi] à prudentia. Vnum oro ] Petitio ab occaſione. Quin vt te] à neceſſario. Potes namque] à facili. Si potuit] Ab exemplis. Itque] πάθος à modo. Araſque tenebat] Alludit ad ritũ vetuſtatis, tenebat enim cornu aræ, qui precabatur. Tros Anchiſiade] Specioſa compellatio vſurpatur. Quod ſi tantus] Dehortatio à difficili. Bis Stygios] ἐπαναφορά. Aureus] Ramus aureus. Ea prima] Finitæ voces numerum variant. Sermone ſecabat] Numeris expreſſum colloquium. Et lituo pugnas ] Vel pugnans. Non inferiora] id eſt, non inferiorem Aeneam Hectore. Caua] Buccina. Si credere] id eſt, ſi vera eſt fama. Inter ſaxa] Miſenus in vndis perijt. Itur in antiquã ] Commune ſtudium ſignificatur, ὑπόζευξις. Volantes] Columbæ Veneri dicatæ ob fœcunditatem. Paſcentis] Boni ominis eſt in augurio videre paſcentes aues. Quale ſolet] Comparatio Crepitabat bractea] Conflictatio obſtrepentium literarum, ac ſyllabarum reddit crepitũ bracteæ. Corripit ] ὑποτύπωσις funeris. Ingentem] Sepultura Miſeni. Et vngunt] More priſcorum. Pars] σύνθεσις. Fuſo crateres] Vt flamma eſſet illuſtrior. Sepulcrum ] Monumentum. Miſenus] Miſenus mons à Miſeno ibi ſepulto. Speluncã] Auerni deſcriptio. Super haud] ἀποστροφή. Aornon] Aliâs Auernum. Vaccam ] βοῦν στεῖραν. Oleum] Oſtendit pro more, vel quibus & qualibus & quantis animalibus cæſis ſuperſtitio veterum placaret manes. Ecce] Vbicunque ponitur hæc dictio, tunc neceſſario ſequitur aliquid, quod afferat metum vel admirationẽ, teſte Donato. Furens antro] ingrediuntur infernum. Vadentem paſſibus ] Magnam fiduciam Aeneæ oſtendit. Dij quibus] Inuocat deos inferos. Quale per] Comparatio. Pallenteſq;] Erebi filij. Vlmus opaca] Duo epitheta ἀσύνδετα. Briareus]

à ro-

à robore. Pueri] πάθος, à iuuenta. Quam multa] Eoſdem verſus reperies libro 4. Georg. Gurgite] ταπείνωσις. Frigidus annus] συνεκδοχὴ, id eſt, frigida hyems. Longæua ſacerdos] Sibylla. Dij cuius iurare] Styx iuramentum deorum. Centum errant] Citeriore in ripa vagántur. Sortemq́;] πάθος. Gubernator] κυβερνήτης. Effuſus in vndis] ἀρχαϊσμὸς eſt, ſecundum Seruium. Quis te] Fuit autem ſomnus, cuius meminit ſupra lib. 4. En hæc promiſſa, κατὰ τὸ σιωπώμενον. Armis] id eſt, gubernaculo, clauo. Vi reuulſum] Oſtendit pro viribus pugnaſſe, vt excuſet factum. Quod te per] Precatio. Malis] Captat hinc commiſerationem. Inijce] Oſtendit facilitatem. Aut tu ſi qua] à poſſibili. Cœpit cum talia] Reſpondet Sibylla, cui leges inferorũ notiores eſſent. Nec vero] Occupatio. Tartareum] Loca ab accuſatione. Quiſquis es] Bene à præſcriptione, ac ſi diceret, nihil pium molitur armatus. Hi dominam] Proſerpinam. Breuiter] Quia quæ iuſta ſunt, longo ſermone nõ egent. Amphriſia] id eſt, Apollinea Amphriſus autẽ eſt fluuius Theſſaliæ. Nec vim tela] Confutatio. Aperit ramum] κακέμφατον vel αἰσχρολογία. Foros] Fori à ferendo, ἐδώλια Græce, inde foriculi. Aluco] id eſt, cymbæ. Sepulto] id eſt, ſomno inducto offa ſoporifera. Ab vbere] Ad augmentum miſerationis. Atra dies] περίφρασις mortis. Sine ſorte] Definitæ voces numerum condiunt. Inſontes] Inſontes, qui ſibi mortem conſciuerunt. Curæ non ipſa] Tanta fuit vis amoris, vt poſt mortem ab ijſdem curis non deſereretur. Qualem] Cõparatio. Demiſit lacrymans] πάθος. Per ſuperos] πάθος ab atteſtatione. Inuitus] Purgatio. Nec magis] πάθος ex habitu. Quam ſi] Comparatio. Hic illi] Commemorat nunc eos, qui ad Thebas occubuêre. Parthenopæus] Atlantæ filius. Nec vidiſſe] πάθος. Fulgentiáque] Armatus enim Aeneas deſcende-

 cende-

cenderat ad inferos. Ora] ἀναδίπλωσις. Deiphobum] Maritum Helenes poſt obitum Paridis. Vix adeo] πάθος à pudore. Genus] Laus à genere. Sed me] Signa mali animi. Egregia] Ironia. Dij talia] πάθος per exclamationem. Nox] Nox & Nos inuicem alludunt. In ambas] Inferorum duplex via, quarum altera ducit ad campos Elyſeos, altera in malam rem. Mœnia lata] Locum deſcribit idoneum coercendis reis. Virûm] Hic non ad ſexum, ſed ad virtutem retulit, id eſt, virorum fortium. Hauſit] ἐναλλαγὴ, pro hauſit, & exterritus eſt. Dux inclyte] Magna poëtę copia, quoties enim Sibyllam loquentem inducit cum Aenea, toties principia cum eius laude variauit. Sed me] Qui occurrebat, vnde ipſa cognouiſti. Subigitq; fateri] Vnde Chil. 2. Cent. 4. prouerb. 17. Oſtendit autem tanti ſceleris ſolos deos vltores eſſe poſſe. Aurora quadrigis] Alias bigis inuehitur, vt infra Aeneid. 7. Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. Tartar⁹ ipſe] De tartaro Hom. Ilia. θ. τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης. Aloidas] Ex Iphimedia Aloëi vxore & Neptuno. Vidi & crudeles] Non dicit quales. Denſa inter] Oſtendit fulminis cauſam & originem. Non ille faces] πάθος à materia. Tityon] De Tityo, Odyſſ. λ. Immortale] πάθος à modo. Rimaturq;] id eſt, paſcitur inquirendo. Quid memorem] Genus eſt tranſitus per omiſſionem, & ponitur, ne continuatio narrationis horreſcat. Fibris] Fibræ ſunt eminentiæ iecoris, referente Seruio. Quos ſuper] Hypermetros, quanquam alij, quod adimunt. Deſignant autem incertam vitam Tyrannorum eſſe. Exugitq;] Conſcientia. Nec partem] πάθος à cauſa. Quique ob adulterium] Adulteri & alij. Saxum ingens] πάθος à modo Sedet æternumq;] Poſt mortem nimirum. Diſcite iuſticiam] Adhortatio, πάθος eſt a cauſa. Vide Chil. 1. Cent. 1. Prouerb. 30. Fixit leges] Di-

ucr-

uerſorum ſcelerum commemoratio. Non mihi] πάθος. Ex Hom. Iliad. β. Ramumq́;] Ramum dedicat Aeneas Proſerpinæ. Deuenere] Vt metu pœnarum malos deterret, ita bonos ſpe felicitatis ad virtutes hortatur. Solem] Vide Chil. 1. Cent. 2. prou. 97. Pars in] σύνθεσις. Numeris ſeptem] Orphei cythara ſeptem tantum chordas habuit, duæ poſtea ſunt adiectæ à Terpandro. Hic manus] σύνθεσις. Quique pij] Nam caſtum eſſe decet pium Poëtam. Catullus. Fata] Propoſitio eſt eorum, quæ deinde proſequitur, πολυσύνδετον. Veniſti tandem] Orditur ex abrupto propter vehementiam affectus. Quos ego te] Pietatis magnitudo oſtenditur, quum pater eius ingemit caſib⁹. Ter] ἀναφορά. Interea videt] Hirmos eſt. Ac veluti] Comparatio. Lethæi] Nomen ab obliuione habet. O pater] Elegantiſſ. πάθος. Suſcipit] ὕστερον πρότερον. Poſt hunc enim verſum ſequi debuit: Dicam equidem, nec te ſuſpenſum natę tenebo. Principio cœlum] Locus philoſophicus. Spiritus intus] Vis aërij caloris. Corpore] pro corpori, ἀντίπτωσις eſt, vel caſus ſeptimus, id eſt, cum corpore. Aequore] Marmor, æquor, pontus, idem apud poëtam. Hinc metuunt] Affectiones hæ ſunt animi. Ergo exercentur] Perſoluunt pœnas. Aliæ panduntur] Triplex purgatio. Supera vt] μετεμψυχώσεως mentio. Nunc age] Mira inuentio poëtæ, per quam ad Romanas hiſtorias digreditur. Ciuili tempora] Conditores vrbium ciuica corona inſignitos fingit, tanquam ſeruatores vrbium. Super &] Aequinoctiali loca ſubiecta indicat. Nec vero Alcides] Cōparat illum Herculi, deinde Libero patri, qui ambo plurima loca ſuperarunt. Laudat ergo alios, vt potiorem Cæſarem faciat. Aeripedem] pro Aëripedem, per συναίρεσιν, vel potius συνεκφώνησιν, quaſi curſu cum ventis certantem, vt ſentit Diomedes, quanquam nullam complexionem agnoſcens. A-

pronanus Aeripedem legit, id eſt, habentem pedes ex ære ſolidos & indefatigabiles, vt Homer. χαλκίποδας ἵππους. Et dubitamus] pro dubitas. Miſcuit autem perſonam ſuam. Popularibus] Hi ſunt fauores populi, quos non quærunt ſapientes. Quam Decios] Exempla Romanæ fortitudinis. Camillum] Camillus vrbem ciuibus, & ciues vrbi reddidit. Ille triumphata] Mumium intelligit. Eruet ille] Alium demonſtrauit. Vltus auos] Vehementer reficit animum filij, interitum Græciæ & vltionem Troiæ promittens. Aera] Per æra Corinthios indicat, per marmor Parios, per actionem cauſarum Athenienſes, per Aſtronomiam Aegyptios & Chaldeos. Marcellus] Marcellus filius Octauiæ ſororis Auguſti, quem Auguſtus ſibi adoptauit. Egregium forma] Alludit ad immaturam Marcelli mortem. Quis pater] Interrogatio Aeneæ, propter admirationem ipſius Marcelli. Comitatur] Alludit ad Marcelli comitatum propter ædilitatem. Mauortis] Epectaſis, vel Epentheſis, vel Parentheſis. Manibus date] πάθος dolentis expreſſit. Manibus plenis] Plena officia ſignificat. Sic tota] Concluſio. Exin] Confert in compendium narrationis prolixitatem. Sunt geminæ] Ex Homer. Odyſſ. lib. 19. Portuque] Aeneas eburnea porta ad ſuperos emittitur. Vide Chil. 2. Cent. 6. Prouerb. 54. Et Chil. 1. Cent. 2. Prouer. 100. Ad Caietæ] A perſona poëtæ. Prolepſis. Nam Caieta nondum dicebatur.

## ARGVMENTVM SEPTIMI LIBRI AENEIDOS.

Exponit, quomodo Aeneas cum ſuis in Italiam peruenerit.

Tu quoque] Vniſyllabæ voces auſpiciendis verſibus & narrationibus idoneæ, quæ à dactylis foueantur.

tur. Hoc autem opus, vt antea diximus, in duas partes præcipuas diuiſum eſt. Nam priores ſex libri ad imaginem Odyſſeæ ſunt conſcripti, quos perſonarum & allocutionum varietate cōſtat eſſe pleniores. Hi autem ſex, ad imaginem Iliados facti ſunt, qui in negotijs validiores ſunt. Nam & ipſe hoc dicit, Maius opus moueo, & reuera tragicum opus eſt, vbi tantum bella tractantur. Aeternam] Argumentum à contrario. Exequijs] Aeneæ exequiæ. Luna negat] λιτότης. Nam dicit, large præſtat. Circeæ] Alludit ad fabulam, qua Circe dicta eſt formis brutorum humanas immutare, Odyſſ. κ. Gemitus] ἓν διὰ δυοῖν. Ventis] Phyſicè dixit. Aquæ enim motu ventus creatur, procellæq́; augeſcunt. Præter vada] τμῆσις eſt. Roſeis] Vnde ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Lutea] Crocea, κροκόπεπλος. Atque hic] Aeneas Italiam ingreditur. Hunc inter] ἀναστροφή. Nunc age] Inuocatio, quæ propoſitionem in ſe continet, qua lectorem ipſius ordinis, quem ſeruaturus eſt, doctum reddit. Coactum] Alia propoſitionis pars, & plena ſeminibus laudum Aeneæ. Ex magnificis autem iſtis, maximeq́; numeroſis verbis dictiſq; ſola admiratio quæritur. Rex arua] Orditur Aeneæ bella, & res in Italia geſtas. In hanc autē narrationem ſpargit ſemina & cauſas belli. Iam matura] Ex annorum ratione, & ex habitu corporis ætas probatur. Ante alios] Duo enim fuiſſe infantuli filij Latino ſcribuntur, quos occidit Amata, cum regnū ad Aeneam iam peruentum eſſet. Laurus] Ponit portenta, quibus connubium Turni prohibeatur. Stridore] Stridere apes dicuntur Georg. 4. in fine. Stridere apes vtero, &c. Dominarier] παραγωγή. Comprendere] συγκοπή. Ignem] Ignis portentum regium. Oracula Fauni] Fauni à fando dicti ſunt, eo quod voce, non ſignis futura oſtendant. Mephitin] Mephitis res grauiſſimi odoris eſt. Hinc Italæ]

Commendatio oraculi. Huc dona ] Ponit morem
petendi oracula. Acheronta ] ἀλφακιτμός. Ne pe-
te]Reſponſa Fauni. Generi ] ἐναλλαγὴ numeri. Sed
circum] Tmeſis eſt, circumuolitans. Pulcer Iulus ]
Epitheton à corpore. Sic Iuppiter] παρένθεσις. Ipſe ]
Qui per Harpyiam vaticinatus dudum eſſet. Cere-
rem ] Metonymia. Fatalis ], Ad negocium Aeneæ
reſpexit, cui hic erat finis laborum. Quadris] αὐτονο-
μασία, pro menſis. Menſas ] Religioſum enim erat
menſam edere. Fatis mihi] Bona periphraſis. Mœ-
nia gentis] Laurolauiniũ intelligit. Nunc pateras]
Metonymia. Sumitur enim continens pro conten-
to. Precibuſque ] Signum lætitiæ. Geniumque ]
Genius eſt conditio naturæ. Idæumq; Iouem]Qui
in Ida monte colebatur. Diditur ] id eſt, ſpargitur,
Lucrecianum verbum. Vina coronant ] Metony-
mia. Contentum ſumitur pro continente, id eſt, pa-
teras coronant. Ramis]Olea ſignum pacis. Iamque
iter ] Verſus hypermetros. Ante vrbem ] Alludit
ad Romanum morem exercendi tyrones. Viros in-
gentes ] Nam ex impræmeditata re, & perturbato
animo putauit ſe vidiſſe illos vltra humanam for-
mam. Extollit autem regiam Latini à pulcritudine
ædificij & ab ornatu triumphali, nõ à pictura fabu-
larum. Tectum ] Regiæ Pici deſcriptio. Auguſtum]
Domum ab Auguſto in palatio factam, per tranſi-
tum laudat. Imagine] id eſt, vagina. Alijque ab]
Refert ſe à ſpecialitate ad generalitatem, vt & com
pendio vteretur, vt numerũ augeret. Vulnera paſ-
ſi]Vt gloriam ex defenſione libertatis oſtẽderet. In
poſtibus]Indicia hæc ſunt virtutis. Ingentia]Vt o-
ſtendat, quanto labore retracta ſint. Fortaſſis allu-
dit ad Capitoliũ Romanum. Carinis] Vt appareat
& nauali bello illos viciſſe. Aurea]Ironice, q. d. peſ-
ſima, & indignationem citat, quod talem virum ita
tractaſſet. Dicite] Primum verba facit, vt facilita-

tem

tem ſuam & beneuolentiam erga eos demonſtret.
Quid petitis]Interrogatio.Ne fugite] Ius hoſpita-
le. Saturni ] Laus generis. Sponte ſua ] Alludit ad
Saturni tempora aurea, qua homines ſine lege, ſua
ſponte bene viuebant. Atque adeo legem naturæ
Saturni temporibus deſignant poëtæ. Dardanus ]
Iam explicat quod propoſuerat, cum dixit, Dicite
Dardanidæ.Rex genus] Narratio. Rex] Commen-
datio Aeneæ ab opibus & genere. Dijs ſedem] Fa-
cilem & honeſtam petitionē oſtendit. Non erimꝰ]
Ratio petitionis ab vtili. Indecores ] συστολή. Nam
penultima ſyllaba natura longa corripitur. Verecū-
de dicit. Noluit enim dicere, ornabimus regnū,ne
videatur arrogans.Fata per]Obteſtatio.Fide] Lau-
dat fidem,q̄ neceſſaria eſt in ſocietate regni. Quod
vltro] ab honeſto. Sed nos fata] A neceſſitate. Dat
tibi ] Dona. Relliquias ] ἐπένθεσις. Hoc ] ἀναφορά.
Tiaras] Pileus eſt, quo Phryges vtuntur cum cele-
brant ſacra.Defixa] πάθος ab habitu mirantis. In-
tentos ] Quod eſt capientis conſilium. Dij noſtra]
Imprecatio. Quod optas]Breuis,ſed pleniſſima ꝓ-
miſſio.Troiane]Nam nomē Ilionei ignorabat. Nec
ſperno]λιτότης.Ipſe modo]Alludit ad ſuam cogna-
tionem magis,q̄ ad petitionem Troianorum.Dex-
tram]Fides. Eſt mihi] Verecunda oblatio & aduer-
ſus omnem exprobrationem munita,ne forte illud
dici poſſet Terentianum, Aliquid monſtri alunt,&,
Quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Non
primo ] ἐπαναφορά. Opto ] Ad laudem Aeneæ.
Equos numero ] equi regia dona. Heu ſtirpem ]
Pathetica oratio per exclamationem,qua oſtendit,
fruſtra ſibi perijſſe tantum laboris in perſequendis
Troianis. Nunc capti ] Breues interrogatiunculæ.
Medias] ὑπερβολή. At credo] Ironia. Auſus] Auſus
inefficaces queritur. Opponere ponto]Secunda hy
perbole. Quid Syrtes] Exaggerat ſuas querelas ab

 exem-

exemplis,& à maiori. Aſt ego] Adoptio. In omnia verti]Ira indignitatis cōſultrix.Ab Aenea] Nomen proprium pro conuicio poſuit. Flectere ſi] Confirmat ſe ad nocendum.Non dabitur]Confutatio.At] ἀδιαφορία.Ac licet amborum] Magnū factioſæ inimicitiæ conſilium , vt diſſiparet populos cum regum concordiam non poſſet rumpere. Sanguine] Maledicit Iuno.Nec tantū]A ſimili.Et Paris]Amplificatio ab hiſtoria.Horrēdæ]Deſcriptio Alectûs,oſtendit eam aptam eſſe tanto negotio. Odit &] Amplificatio ab exemplis. Hunc mihi da ] Non precatur Iuno, ſed imperat, vt ſit ratio perſonarum. Tu potes]A facili.Fœcundum]Solicita Iuno in cauſa ſua, ſæpius rem commendat.Mille]ἀναδίπλωσις. Concute]Hortatio.Gorgoneis] id eſt,plane exitialibus ac peſtiferis.Huic dea]ὑπέρβατον. Furia autem immittit curam. Vdo ] συναλλαγή. O genitor ] Exclamatio continēs propoſitionem. Fit autē πάθος à turpi,ab honeſto.Si gener]Confutatio. Ceu quonda] Comparatio. Nefas] Bacchanalia nefas vocat, propter Romanorum legem , qua cautū eſt de Bacchanalibus. Euohe Bacche] Bacchicum furorem canit Catull.Epital. & Col.in hortis. Hymenæos ] H habet vim literæ.Io] Vox exclamantis.Et eſt tragicus ſermo.Si Iuris] Hortatio ob officio. Fit Calybe] Alecto in Calyben.Turne tot ] Exaſperat ab ingratitudine.I nunc]Propoſitio. Irriſe] Ironia. Hæc adeo] Exprobratio beneficiorum. Ipſa palam]Ab autoritate.Quare age] Conſilium Cœleſtum] Concluſio ab honeſto. Vis ] id eſt,Iuno , & ira magna deûm. Nonnihil] Et huc pertinet,quod ſupra lib. 1.dixit, Vi ſuperum &c.At iuueni]Alludit ad conditionem iratorum. En ego victa] Reijcit contumeliam. Aſſum ] Ad mouendam hæc ſpectant admirationem. Et atro]Ira viciat ſanguinem.His autem vehementibus verſibus exprimit poëta vehementiā affect⁹.

Velu-

Veluti cum ] Comparatio. Ornatus autem Poëticus in parabolis ſimilitudinibuſq; maxime cõſiſtit. Indicit] Indicitur bellum. Se ſatis] Hypermetros. Certatim ] Amor maximus & fauor in Turnum oſtenditur. Hunc] ἐπαναφορά. Pulcer] Epitheton à corpore. Cauſa fuit] Occaſio belli. Ceruus erat] Elegans narratio. Armenta] Quondam ex agris reges victitabant. Hunc procul] Alludit ad naturam cerui. Spicula]. Spiculorum intorſio. Deus] id eſt, euentus, qui humanos actus aut implet aut deſerit. Saucius at ] Conflictatio iſthæc non modo non vicioſa, ſed quaſi floſculus rarior intra prata nitet. Cõclamat] Conclamare verbũ eſt militare. Telum ita ] Furor arma miniſtrat. Preſſere ad ] πάθος à materno affectu. Auxilium ] Tuetur hic Troianos ab inuidia, qui nõ inferant, ſed defendãt iniuriam. Tum vero ] ὑποτύπωσις. Fluctus vti] Comparatio, qua deſcribit, quomodo creuerit tumultus. Seniorque ] πάθος ab ætate, item à cauſa. Ditiſſimus ] πάθος à fortuna. Dic in] Ironia. Inſani Martis ] Homeri epitheton, θοῦρον ἄρηα. Spargam arma] Meminit ſui, nam ſupra dixit, Sere crimina belli. Egregium ] Ironia. Connubia ] συστολή. Attollit alas ] Honeſta volantis περίφρασις. Eſt locus ] Alludit ad hiſtoriam. Eſt enim Anſanctus, quem Chorographi vmbilicum Italiæ vocant, in Hyrpinis locus, quem qui intrauêre, ſubitò emoriuntur. Dat ſonitum ] Compendioſa deſcriptio, in qua amnem, & partem ex qua funditur, & ſonũ cadentis aquæ, & cauſam quoque ſoni oſtendit. Vorago ] Acherontis exæſtuatio. Extremam ] Tranſlatio à pictura. Contra omnia] Propter apes & incendium. Contra fata] id eſt, Sententias deorum & Fauni reſponſa. Circumſtant ] Obliti regalis reuerentiæ. Ille velut] Comparatio. Frangimur ] Permanſit in rupis tranſlatione. Sacrilego] Quia bella ſumebant contra voluntatem

tatem deorum. O miſeri] Latinus bellum per exclamationem diſſuadet. Votiſq;] Vaticinium. Parta quies] Vicinæ mortis beneficio. In limine portus] Securitas omnis in portu eſt. Vide Chiliad. 1. Cent. 1. Prouerb. 46. Roma] Indicat quam late imperauerint Romani. Sedet patribus] Firma eſt omnium ſententia. Ipſe vocat] Tria ponit Seruius militiæ genera, quorum vnum eſt Sacramentum, alterum Conſulis ſtipendia, tertiũ vero Coniuratio. Ardet] Vulgus accendebatur, cum vidiſſet portas ſua ſponte aperiri. Pars pedes] Belli apparatus, ἐπαναφορά. Quinque] Numerum & magnitudinem exprimit. Vomeris] Amentia ruſticorum exprimitur. Deſeruntur autem agri cura bellorum. Teſſera] Signum militare. Pandite] Inuocatio. Primus init] Catalogus ducum q Turnum ſecuti ſunt. Lauſus equum] Laudat eum à fortitudine, quæ in pulcro corpore rara ſolet eſſe. Qui lætior] Quam vt raperetur in hoc bellum, quo perijt. Hac vero narratione faſtidium & ſatietatem excludit. Rhea ſacerdos] Alludit ad nomẽ matris Romuli, quæ, vt Seruius ait, dicta eſt Ilia, Rhea, Syluia. Centum angues] Gloriæ cauſa hydram geſtabat, ſed ludibrium matris ex hoc apparebat. Mucrone] συνεκδοχὴ, pars pro toto. Horridus] Ex induſtria poetæ mira, voces tres incipiunt ab aſpiratione, omnes autem à vocali. Fratris Tyburti] Repetitio. Deſcẽdunt Centauri] Ex hac cõparatione equites eos fuiſſe intelligit Seruius. Hi Feſcenninas] Campaniæ vrbs. Ibant] Ritus ouantium. Ceu quondam] Comparatio Hom. Iliad. β. verſus 38. qua oſtendit eos inertes & deliciosos fuiſſe. Modos] Subobſcure ſignificat ordine eos inceſſiſſe, quia compoſitum carmen cecinerint. Magnum agmen] Propter quinq; millia, vt Seruius exponit, clientum. Allia] Vbi Galli Brenno duce Romanos vicerunt. Silius; Maior & horrificis ſeſe

extulit Allia ripis. Sidicinaque] Ab oppido Sidicino. Saticulus] Populus Campaniæ moribus aſper. Aclides] Sunt tela, quæ vulneribus factis, retrahuntur, quo vocabulo vtitur & Silius. Cetra] Scutum Africum & Hiſpanicum. Capreas] Capreæ iuxta Neapolin, hui⁹ inſulæ ſeceſſu delectabatur Tyberius. Stephano καπρειὼν καὶ καπρεία. Cateias] Tela Gallica. Eſt autem βαρβαρολέξις, vt Gaza, Magalia, vſurpat etiā Silius. Felicibus] Dum affuit fortuna. Marrubia] Alludit ad hiſtoriam Marſorum, quibus fuit natiua quædam vis cōtra venena. Te nemus] πάθος ex repetitione. Virbius] Viri bij filius, qui antea Hippolytus. Namq; ferunt] Hyppolytus reſtitutus vitæ ab Aeſculapio Apollinis filio, cuius operam Diana conduxerat. Arte nouercæ] Bene vim ſceleris expreſſit, ſola nouercæ commemoratione. Dianæ] Hippolytus à Diana amatus. Vnde etiam] Exponit τὸ αἴτιον. Haud ſecus] Dicit hic tantæ fuiſſe audaciæ, vt nec paternæ mortis terreretur exemplo. Sacrumque] Prolepſis. Feronia] Dea nemoris & mercatorum. Illa vel] Hyperbole per comparationem. Vt regius] ἐπαναφορᾷ pereleganti, vt, pro quemadmodum, ter repetitur, qua figura ſtatim quoq; exornat principium inſequentis libri, per eandem voculam, vt, poſtquam ſignificantem.

## ARGVMENTVM LIBRI OCTAVI AENEIDOS.

Narrat cum quibus Aeneas contra Turnum fœdus contraxerit.

Simul omne] id eſt, vno tempore, omnibus in vnum coeuntibus. Tumultu] Hoc ideo dixit, quia in Italia res gerebatur. Contemtorq; ] Magna laus Aeneæ à timore Mezentij ſumta. Multaſq; ] Adiungit hæc vera, vt etiam falſa credantur. Quid ſtruat]

πάθος

πάθος per reiectionem. Sicut aquæ] Comparatio.
Nox erat] περίφρασις noctis. Alituum] ἐπένθεσις,
pro alitũ. O ſate] Oratio generis deliberatiui. Hoc
tibi] Propoſitio. Neu belli] Confirmatio. Ne va-
na] Signum ab Heleno permonſtratum. Albam]
Origo Albanæ vrbis, penes quam fuit imperium
per 300. annos. Ideo vocat eam requiem certam la-
borum. Pallantis] σπονδαΐζων verſus. Ipſe ego] De-
fert ſuum officium. Surge] Hortatio. Iunoni]
Matutinum tempus congruum ſacrificijs oſtendit.
Nymphæ] Precatio Aeneæ. Arcere] ἐναλλαγή.
Quod te cunque] τμῆσις. Ergo iter] Nauigatio
Aeneæ ad Euandrum. Olli] ἀντίστοιχον. Amphitryo-
niadæ] Sacra Herculis. Vt celſas] Chil. 3. Cent. 1.
Prou. 40. Audax] Sacra non rumpenda. Oliuæ]
Oliua ſymbolum pacis. Troiugenas] Reſpondet
Aeneas, & ad captandam beneuolentiam inſinua-
tione vtitur. Tum regem] Oratio generis delibera-
tiui, in qua precatur Aeneas, vt ſecum & fœdera &
arma contra Latinos iungat. Occupatione verò vti-
tur, cur, cum Troianus ſit, veniat tamen ſupplex ad
Græcum. Idem Atlas] ἀντίπτωσις. His fretus] A fidu-
cia. Gens eadem] Narratio. Daq; fidem] Petitio ab
opportuno. Vt te fortiſſi.] Exordium ab affectu &
commendatio Aeneæ à parentibus. Nam memini]
Explicatio affectus. Sed cunctis] πάθος. Mihi
mens] Ardor iuuenilis. Ille mihi] A' commemo-
ratione beneficiorum Anchiſæ. Petitis] id eſt, petis,
ἐναλλαγή. Auxilio] Pollicitatio. Viſcera] ἐναλλαγή.
Luſtralibus] Luſtralia exta de ritu ſacrorum. Non
hæc] Narratio, quæ oſtendit originem illorum ſa-
crificiorum, quæ Herculi quotannis exhibebantur.
Hic ſpelunca] Fabula de furto vel pœna Caci ſemi-
feri. Ora virum] πάθος ab atteſtatione. Furijs] Sed
verior eſt lectio, Furis. Nodiſque] Claue, περίφρα-
σις. Fugite] ὑπερβολή. Pedibus] πάθος. Ecce furens]

Verſus

Verſus hypermetros. Ter] ἐπαναφορά. Volucrum] Vt, bubonum, ſtrigum. Diſſultant] ὑπερβολή. Non ſecus] Cōparatio, qua res mirificè extollitur. Porgite] συγκοπή. Vt prima] Monſtra domita ab Hercule. ἐπαναφορά. Tu nubigenas] ἀποστροφή. Tu] ἐπαναφορά, & vario caſu Te. Conſonat] Echo. Obſitus æuo] Terent. in Eunuch. Pannis anniſque obſitus. Exquiritque] Diligenti percunctatione gratã præbet garrulæ ætati narrandi occaſionem. Fortuna & fatum. Nec non &] σπονδαΐζων verſus. Aurea nunc] πάθος. Ianiculum] Ianiculum & Saturnia. Incipit] Oratio generis deliberatiui. Sumit enim exordium ab inſinuatione. In me] Iunxit perſonam ſuam, vt magis moueret. Non ſecus] Elegans & accommoda comparatio. Electro] Chiliad. 4. Cent. 4. Pro. 71. Quicquid] Promiſſio vel propoſitio. Ceu fœmina] Comparatio. Inſula] Topographia. Vulcania] Conflictio literarum ſyllabarumque rei, quæ deſcribitur, apta. Bronteſque] βροντὴ, tonitru. Steropeſque] στεροπὴ, fulgur ab ictu ignis. Treis imbres] ἐπαναφορά. Pectore] Sapientiæ clypeus. Septenoſque] Clypeus Aeneæ ſeptuplex textus, at Achillis quintuplex, Iliad. 6. ver. 449. Tum lateri] Regius mox. Maxime] Exordium, quo ſpem inijcit Aeneæ. Haud procul] Narratio ſeu deliberatio, quomodo bellum ſit ſuſcipiendum. Quid memorem] πάθος per exclamationem. Mortua] πάθος à modo. Longa ſic] Credulitas Mezentij exprimitur. Defendier] παραγωγή. Coronam] Iliad. β. στέμμα χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Gnatum] πρόσθεσις. Spes] πάθος. Sub te] Tyrocinium. Ni ſignum] Fulgur à Venere. Tyrrhenuſque] Tyrrheni primi inuenerunt tubam. Fragor intonat] ὀνοματοποιΐα. Heu quantæ] Exclamatio. Quam multa] Ironia & inſultatio quædam. Excitat] Superſtitio. Exortem] Equus Aeneæ. Ocyus] id eſt, celeriter. Abuſio

compa-

comparatiui. Vota autem] πάθος. O mihi ] Exordium à voto & exclamatione. Præneſte] σύνθεσις in genere. Herilum] Herilum ſtrauit Euandrus, vt Geryonem Hercules. Canit & Silius lib. 1. hunc locum æmulatus. Dulci amplexu] πάθος. Gnatis] πρόσθεσις. At vos] Precatio. Incolumē] Parentum affectus. Si] ἐπαναφορά. Dum] ἐπαναφορά. Præſagia futuræ mortis filij. Qualis] Comparatio. Lucifer] Stella Veneris. Aemulatio Homerica, introducitur. n. Hector ſimilis ſideri autumnali. Iliad. χ. Olli] ἀντίστοιχον. Relligione ] ἐπένθεσις. Tarcho] pro Tarchon, abiecta n. Quales cum ] Comparatio. Et clypei ] Clypeus Aeneæ ad calcem vſque libri deſcribitur, ad æmulationem Hom. qui Iliad. 18. Achyllis clypeum exequitur. Stirpis ab] Deſcriptio rerum Romanarum. Armati] Ritus fœderum feriendorum. Viri mendacis ] πάθος à cauſa. Porſenna ] ἐπένθεσις, metri cauſa facta. Vinclis] id eſt, cuſtodijs. Tarpeiæ ] id eſt, Capitolij. Tenebat] id eſt, defendebat. Auratis] Hoc ad tempus retulit florentis Romanæ Reipub. Nā illo loco, vbi dixit: Horrebat regia culmo, ideo addidit Romuleo, vt incipientis & pauperis adhuc imperij tempora deſignaret. Arcemque tenebat] Eclipſis. Nam deeſt pene. Veſtis] id eſt, barba, vnde contrà, inueſtes, referente Seruio, imberbes dicimus. Ollis] pro illis, ἀντίστοιχον. Scutis longis] Per hæc corporum oſtenditur magnitudo. Ancylia] Enallage numeri. Ducebant ] id eſt, deducebant. Hæc enim fuerat conſuetudo. Scelerum] id eſt, ſceleratorum. Pendentem ] Hoc quaſi in Ciceronis gratiam dictum videtur. Catonem] ſcilicet, Cenſorium. Hæc inter ] ἀναστροφή. Aeſtumque ſecabat] Naturalem enim rem oſtendit. Nam ſemper mare turbatur, quum Delphini apparuerunt. In medio] πάθος. Cernere erat ] Græca figura ὁρᾶν ἔνεστι. Hinc Auguſtus] ὑποτύπωσις. Dijs ] Quos Aeneas de Samothra-

mothracia ſuſtulit. Hinc ope]A parte contraria. Victor] Quia vicerat Parthos. Rubro]Erythreæo mari, qui eſt ſinus Arabicus, & vicium mare Aegypto. Nefas ] Exclamatio. A tergo ] Alluſio ad mortem Cleopatræ. Contra Neptunum ] Homerum ſequitur, qui deos dicit contra ſe pro diuerſis partibus habere certamen. Et ſciſſa] πάθος, ab imagine quã fingit, vt δείνωσιν commoueat Arcum]Alludit ad arma. Omnis] ἐπαναφορά. At Cæſar triplici] Cæſar triumphauit de Antonio, Dalmadis & Alexandrinis. Diſcinctos]Habitum Afrorum oſtendit, qui vſque in talos fluebat. Hic] ἀναφορά. Araxes] Armeniæ fluuius. Flamamq; &]que &, τε καὶ, phraſis Homerica, & Virgilio admodum familiaris.

## ARGVMENTVM LIBRI NONI AENEIDOS.

Turni aduerſus Troianos expeditio, Nauiũ Aeneæ metamorphoſis. Euryali atque Niſi, & aliorum congreſſus atque interitus, hoc libro comprehenduntur.

Atque ea] συναλοιφή. Diuerſa]id eſt, à Troianorum caſtris remota. Sedebat ] Laudes Aeneæ per comparationem extollit. Ore locuta ] πλεονασμός. Turne ] Orditur ab admiratione, & nomine excitat, impellitque ne negligat occaſionem. Aeneas] Magnum pondus in nomine, ζεῦγμα. Nunc tempus] Hortatio. Pictai] διαίρεσις, pro pictæ. Poſtrema] id eſt, poſtremas acies. Cui ſeptem ] A comparatione oſtendit magno ſilentio Turnum iuiſſe, vt de improuiſo opprimeret incautos. Quis globus ] Primo dubitauit, deinde cogitauit adeſſe hoſtes. Tela ] Per tela, lapides & omnia miſſilia indicari ſolent. Ferre ] ἀσύνδετον. Condunt] Trepidatio. Ecquis erit] Ecliptica oratio. Galea ] ὁμοιοτέλευτα.

Iaculum ] Dedit principium pugnæ. Ac veluti] πάθος à comparatione. Sæuit in ] Phantaſiam ſæuitiæ expreſſit. Igneſcunt] Naturæ iratæ deſcriptio. Qua ] Aduerbium loci. Quis Deus ] Latenter hic præſtantia Turni oſtēditur, cuius vis, niſi à dijs, repelli non potuit. Tempore ] Fabula delectandi gratia admiſſa. Fit autem res veriſimilis, cúm tempus & locus exponitur. Da] Imperatiua vox oſtenditur parentis. Nate ] Quod nomen ad imperandum multúm habet ponderis. Quod tua cara]Rem arduam petitura, cautas iuſtas infert. Cúm claſſis] Iuſta Aeneæ petitio. Timor anxius ] Perpetuum timoris epitheton. Torquet ] id eſt, cui eſt omnium rerum poteſtas. Quæcunque]Hîc oſtendit aliquas eſſe perituras. Torrentes] Fictio poëtica. Turni iniuria]Bene iniuria, quia & contra fata neceſſitatē, contráque rationem fœderis bellum commouerat. Hic primúm]Debuerunt ante coniurationem præire ſigna, ne cauſa res facta videatur, deinde vox ſequitur, vt coniectura ſignorum confirmetur. Vox horrenda]Vox de cœlo. Maria anté]Pulcré à loco, in quo erant, impoſſibilitatē ſumſit. Exurere] Chil. 4. Cent. 5. Prouerb. 58. Naues ] Naues per Metamorphoſin ab incendio liberantur, ſicut per imbrem, ſupra Aeneid 5. Vltro] ἐπανάληψις. Animos tollit]Magnanimitatem ſuam comprobat dictis. Increpat ] Temeritas maxima, qui cúm fatum intellexiſſet, debuit potius fortunam ſuam deflere. His Iupiter]Exornatio propoſitionis. Si qua Phryges] Minuit & auget confutationem. Phryges]Pro conuicio poſuit. Sunt & mea] Hoc falſum eſt, quod dicit. Coniuge ] πάθος à cauſſa. Inuidioſé autem ſponſam coniugem vocat. Nec ſolos tangit] Chil. 4. Cent. 6. Pro. 34. Sed perijſſe ] Occupatio, ἀνθυποφορά. Penitus]id eſt, valde. Quibus hæc]Emphaſis. An nō viderunt]Paradigma ad dehortationem.

Eſt autem argumentum à maiori. Sed vos ô lecti] Adhortatio. Armis] ſcilicet fabricatis Achilli. Sperate] Hoc ideo dixit, vt intelligat eos pugnæ & victoriæ cupidos fuiſſe. Excubijs] Excubiæ ſunt diurnæ vigiliæ nocturnæ: Conſilium. Indulgent] Mora ſpōdaica rei, de qua agitur opportuna. Vertūt crateras] id eſt, potant, Hemiſtichium Ennianum. Nec non trepidi] Decorum. Quo pulcrior] ὑπαλλαγή. Dij ne hunc] Orditur ab admiratione. Cernis quę] Propoſitio. Porro] Hortantis eſt. Populuſq;] Transfert in Troianos Romanam conſuetudinem, vt ſolet plerunq;, prius enim iubebat populus, poſt confirmabat ſenatus. Si tibi quæ] πάθος. Vide quæ ſit vis amoris. Quæ poſco] Poſcere ſecundum Varronem eſt, quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus: Petere verò, quum aliquid humiliter & precibus poſtulamus. Magno laudum] Affectus animi generoſi. Mene igitur] Propoſitio. Non ita me] Ab honeſto. Eſt animus] A poſſibili. Tua vita] Ratio. Acceleremus] Decorum. Cætera per] Exaggerat more ſuo vigilantium laborem. Comſilium] Lucilij verſus vno ſermone mutato. Nam ille ait, Conſilium ſummis de rebus habebant. Adnixi haſtis] Oſtendit eos diurna ſtatione fatigatos. Admittier] προσαγωγὴ προπαράληψις. Audite] Narratio. Neue hæc noſtris] Bene excuſat, quia ſcit de ætate puerorum poſſe dubitari, dicens nō ex ſuggerentum perſona, ſed ſua vi conſilia ponderanda. Portæ quæ] Caſtra Troianorum in Hoſtienſi. Quæſitum] Verſus ſpondaicus. Quæſitum] vt quæramus. Propoſitio. Nec nos via] Bene vbiq; cum amico cuncta communicat. Vidimus] Conteſtatio. Dij patrij] Maturi hominis matura oratio. Rectè autem incipit à dijs, quorum fauore Reſpub. tales viros recipiunt. Quæ vobis] Collaudatio. Dij] Promiſſa præmiorum. Immo ergo] Interrumpit ſermonem ſenis. Excipit]

id eſt, ſuſcipit, ὑπολαμβάνει. Canæ] Dicit canam, antiquam & perpetuam. Obteſtor] Obteſtari eſt, ob aliquã cauſam deos teſtes adhibere. Nihil illo] Eclipſis, Subintelligitur enim erit. Arisba] Scilicet ab Achille. Quo Turnus] πάθος ex repetitione relatiui. Sorti] id eſt, exortem tibi dabo. Bis ſex genitor] Bis ſex iuuenibus Patrocli manibus parentat Achilles, Iliad. ψ. Inſuper] Obſerua & hic & alibi mortem mirandũ in poeta, qui ſemper aliquid, vbi multa ſunt illi narranda, interponit, quo faſtidium continuationis leuet. Genitrix] Magnum pondus in his verbis. De gente] id eſt, de familia. Commendat eam quoq; à cognatione. Aſcanius enim nepos erat Priami per Creuſam. Quodcunq; pericli] Syllepſis. Pietas Euryali. Quod nequeam] Excuſat, ne videatur crudelis. Pulcer Iulus] πάθος. Caſus] factum. Satis congrue, Præmia enim non debentur euentui, ſed voluntati. Per caput] Iuſiurandum, quo fidem ſuam confirmat, Chil. 2. Cent. 9. Prouerb. 31. Reduci] Matrem in tutelam recipit. Ante annos] Indoles. Omni diſcerpunt] Chil. 3. Cent. 4. Prouer. 46. Vino ſomnoque] Pro decoro Rutulos fingit proſtratos vino & ſomno. Ore locutus] πλεονασμός. Sed non augurio] Ironia & irriſio. Ilia. β'. ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν. Truncumque] Natura cadaueris. Torique] Agnominatio tori. Tapetes] in quibus diſcubuerant. Deo] id eſt, vino. Ceu plena] Comparatio. Per ouilia] τμῆσις. pro perturbans. Sine nomine] Bene expreſſit & bellatoris peritiã, & Tyronis inconſideratam auiditatem. Fadumque] πολυσύνδετον. Ignaros] id eſt, ſopitos. Rhœtum] Hoc loco & Rhœti timor, & Niſi audacia comprobatur. Sed magnum] Metus mortis. Hic furto] Occaſio rei gerendæ illum accendebat. Religatos] id eſt, optime ligatos. Exhauſtum] Hoc ideo dixit, vt oſtendat eos auidos

cædis fuiſſe & cruoris hoſtilis. Cingula] Baltheus. Quæ mittit] ξένια. Dat habere] Græca figura. Scutati omnes] Alluſio ad arma Romanorum. Magiſtro] Scilicet equitum. Sublustri] Vmbra noctis. Temere] id eſt, negligenter. State viri] Mira breuitate omnia interrogat. Silua fuit] Deſcriptio ſiluæ. Euryalum] Adducit cauſas, quibus Euryalum excuſat. Euryale infelix] πάθος. Quaue ſequar] Aeneas ſimiliter requirit Creuſam ſupra Aeneid. 2. Silentibus] Silenti nocte. Fraude loci] Iam liberat Niſum ab inertia. Eſt autem πάθος ab addubitatione. Tu dea] Vt poſſis. Aſtrorum decus] Laudat, quam rogat, vt beneuolam ſibi reddat. Si qua tuis] Ex meritorum fiducia, veluti debitam gratiam repoſcit. Sic Chryſes ad Appollinem, apud Homerum. ἰλιαδ. ά. εἴποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα. Calidum] ἀντίθεσις. Librabat] Summa copia ſcriptoris. Nam ſupra dixit, adducto lacerto. Sæuit] Creſcit ira, quoniā autor facti non apparebat. Tunc vero] Vide quæ ſit amoris vis. Meme aſſum] ἐπίζευξις & ἀποτιώπησις. O Rutule] Exclamatio. Seruatur autem decorum in Niſo offerente ſe pro amico. Nec potuit] Ab impoſſibili. Cœlum hoc] A iuramento. Voluitur Euryalus] Euryalus interficitur. Læto] Græca figura. Purpureus] Comparatio Homeri Iliad. θ. In ore] ἀρχαϊσμός. Placidaque] Proprium epitheton mortis, πάθος. Fortunati] Amorum commorientium gloria, Eſt autem ἐπιφώνημα. Si quid mea] Verecunde ad euitandam arrogantiam dictum. Nulla dies] Immortalitatem pollicetur. Sic Lauſo] infra libro 10. Dum domus] Oſtendit omnia ventura ad finem. Victores] Ironia. Tepidumque] ὑπαλλαγή. Et plenos] ὑπερβολή. Viſu memorabile] Exclamatio. Præfigunt] πάθος à ſpectaculo. Duri] id eſt, durantes in labore. In matre autē Euryali, doloris immoderatus affectus exprimitur. Nota nimis]

πάθ☉. Hunc ego] Propoſitio cum conqueſtione ab ætate. Aſpicio] A qualitate cædis. Linquere ſolam] Ab intercepto ſolatio. Heu terra] Non ſolúm morte, ſed etiam mortis accidentibus Euryali mater cruciatur Tua funera] Peregrinum, πάθ☉ à loco & iuſtis funeribus. Tibi quam] παθ☉ à commiſeratione exhauſti laboris. Aut tu magne] Votum abrumpendæ vitæ. Reponunt] Homericum eſt, ἀ δῶμα φέρουσι Teſtudine] Teſtudo eſt ſcutorum connexio, curuata in teſtudinis forma. Et foſſas] ὑπαλλαγή. Aſſueti] Docet omnibus in rebus vſum plurimûm poſſe. Armorumque] περιφραστικῶς hic oſtendit armorum connexionem eſſe teſtudinem. Vos ô Calliope] Inuocatio & Syllepſis per perſonas, id eſt te & cæteras Muſas. Aſpirate] id eſt, fauete, metaphora, à proſperè nauigantibus ſumta. Oras] id eſt, Narrate non tantum initia, ſed etiam extrema bellorum. Turris] Narratio quæ fit per deſcriptionem turris. Princeps] Sic primus corripuit faces, vt naues exureret. Hæſit adeſis] παρονομασία, id eſt, agnominatio. Peſte] id eſt, igne. Ventiſque] Serui enim non militabant. Vt fere] Comparatio. Alludit verò ad apros propriè. Contra tela] Ne eſſet in accinẽdo præproperus reſpuit dicere, Tela furit cótra. Curſu telóque] Nimiam eius celeritatem oſtẽdit. Noſtras ne] Increpatio, Qualis vbi] Comparatio Homer Saxa atque] Idem fere infra libro 10. Turnus] ἀναδίπλωσις. Strinxerat] id eſt, leuiter vulnerauerat. Et læuo] Oſtendit vulneris locum, quem antea ſuppreſſerat. Sic in quarto, Infixũ ſtridet ſub pectore vulnus. Spiramenta] Deſinitio pulmonum. Pictus acu] Græca figura. Fortemque] Aſcanius ſagitta Numanum Remulum interficit. Manu] Alludit ex interuallo. Bis capti] Exprobratio elegans. Phryges] pro cõuicio dixit, quaſi dicat, Ideo capti, quia Phryges. En quia] Vituperantis demonſtratio.

tio. Adegit] id eſt, egit ad Italiam. Non hîc] Amplificatio à collatione. Stirpe] Non arte ſed natura. Venatu] Antiqua Italiæ diſciplina. Terga fatigam⁹] κακοτυνώδετον & ὁμοιοτέλευτον, vt Critici ſentiūt. Conuectare] Eadem ſupra lib. 6. Vobis picta] Altera pars cōparationis. Tunicæ] Tunicas χειριδωτὰς criminatur, id eſt, manuleatas, vt vertit Plautus, vel vt Cicero, manicatas, Chil. 2. Cent. 10, Prouerb. 29. O veræ] Extenuatio. Per vota] Precatio per vota. Iupiter] Inuocatio 1. Verbis] Ironia. Macte noua] Macte eſto, & mactus ſermo ſacrificialis apud Catonem cap. 132. 140. 141. Eſt autem acclamatio cum adhortatione. Antiquum] Spondaicus verſus. Primam hanc] Apollini arcus attribuitur. Et patribus] ſcilicet vt tua ſagitta tam certa ſit, quàm ſua. Mortales] Ambo fere ab verbum libri 4. Aen. It clamor] Egregia ὑποτύπωσις. Quantus ab] Comparatio. Præcipitant] id eſt, præcipitantur, niſi malis ſubaudire ſe. Pandarus &] Hiſtoria de Pandaro & Bitia. Quales aëriæ] Illuſtris comparatio Homerica à quercubus. Et præceps animi] Figuratè genitiuo iunxit. Nam dicimus præceps furore. Ductori] Conſonat vltima deſinentis cum vltima vocis incoantis inſequentem verſum. Agminibus] Ellipſis, deeſt enim ab præpoſitio. Et ſignificat eos primò fugatos eſſe, mox occiſos, aut certè aliquos fugatos, aliquos interētos, referēte Seruio. Agebat] Tractus eſt ſermo ille à ratione Phyſica. Nā agitur corpus animi iudicio. Terent. Quo te agis? Cornus] id eſt ex coxnu haſtile. Vulneris vndam] ὑπερβολή. Tum] ἀναφορά. Phalarica] Phalarica machina fuit, de qua tela contorta neruis emittebantur. Qualis in] Comparat tela cum impetu & fragore veniētis fulminis. Baiarum] Baiæ, locus Campaniæ omnium voluptuoſiſſ. Hinc Mars] Mars Latinis animum, vireſq; ad pugnandum contra Troianos addidit. La-

tis humeris] Quales virorum fortium, qui ſunt εὐρύνωτοι & πλατύστερνοι. Immanem veluti] Comparatio. Sanguineæ] Horribilis ſpecies hoſtis hac deſcriptione exprimitur. Tum Pandar⁹] Fraterni amoris & beneuolentiæ exemplum. Olli] ἀντίστοιχοι pro illi. Subridens] Riſus Sardonius, quo magnam virtutis confidentiam oſtendit. Vulnus Saturnia] Iuno Pandari haſtâ à Turno detorſit, ſicut & Venus ipſi hoſtium tela ab Aenea lib. 10. Aen. Telum] Pro gladio poſuit. In enſem] Genus feriendi Gallicum. Diuidit] Significatio magni animi. Diffugiunt] πάθος â miſericordia. Cædiſque inſana] Excuſat Turnum cur nō à porta fugatis Troianis, penitus delata ſint caſtra. Principio] Egregia ὑποτύπωσις. Excipit] ἐναλλαγὴ, Ordo enim eſt: Excipit, & ſuccidit poplitem. Nam ante fuit, vt eum circumueniret inſidijs. Alcandrumque] πολυσύνδετον, ex ν. Iliad. Rhapſodia, ad ornamentū tantum operis tranſtulit, & narrationis copiam. Longe iacuit] Ad exprimendam celeritatem præterito vſus eſt tempore. Ferrumque armare] Quintilianus lib. 8. cap. 7. Duplicatur, inquit, virtus tranſlationis. Nā & veneno armare, & ferrum amare, Tranſlatio eſt turpis. Amicum Creta] Poëtam Lyricum. Seruius ait tale eſſe Schema per repetitionem, quale illud: Sequitur pulcerrim' Aſtur, Aſtur equo fidens. Semper equos] Laus hominis, quod tantam muſicam, non ad res futiles, ſed egregias adhiberet. Audita cæde] Seruat τὸ πρέπον, ne præſentibus ducibus tot ſtrages feciſſe videatur. Vnus homo] Increpatio ab impoſſibili. Iuuenum primos] Ex iuuenibus præcipuos. Miſeret] Pertinet ad deos. Pudet] Ad Aeneam refertur. Talibus accenſi] πάθος ab honeſto. Oſtendit vero quantum commoda ornamenta valeant. Excedere] Infinitiui hiſtorici. Ceu ſæuum] Comparatio elegans, Nec contra] Reijcit in deos, quod tamen erit

in

in viribus Turni. Haud mollia iuſſa ] Turni virtus eximia prædicatur, quæ non niſi diuina interminatione frangi atq; retūdi potuerit. Cedit igitur quaſi Deo obœdiens. Vmbo ] id eſt, ſcutum, συνεκδοχὴ. pars pro toto. Fulmineus Mneſtheus] Grata auribus conflictatio, cui & accinit ſubſequens alliteratio. Gurgite flauo] ſcilicet Tibrim, qui flauus vt plurimum appellatur, ὑστερολογία eſt. Abluta cæde] Vide quam ingenioſe atque facete. hanc fluuij aſperginem ad religioſam voluntariamque cædis ablutionem referat, qualis ſupra Aeneid. 2.

## ARGVMENTVM LIBRI DECIMI AENEIDOS.

Hoc libro conciliū deorum, prælia Rutulorum atq; Aeneæ, item Pallantis, Lucagi, Lauſi, Mezentij, & aliorum interitus enarratur.

Olympi] Alias Olympia, ſed obſtat Fab. libro 9. cap. 4. quinq; dactylos tantum agnoſcens. Conciliumq; vocat ] Concilium deorum per initia Iliad. δ. & θ. Cœlicolæ ] Orditur ab interrogatione. Sed eo tendit Iouis oratio, vt Iuno deſinat habere odia in Troianos. Sententia verſa] Oſtendit non decere deos mutari, aut iniuſtos eſſe. Quænam] Ennianus ſermo eſt. Cum fera Carthago Punicum bellum ſecundum innuit, quod Silius Italicus cecinit. Alpes immittet ] Emphaſis eſt. Res rapuiſſe ] Quæ hic Seruius per Ancum Martium facta ſcribit, ea Plutarchus à Numa dicit. Non pauca] Multa enim erāt quib⁹ ſolicitabatur, & angebatur Venus. O Pater ] Oratio Veneris. Cernis vt] Captat beneuolentiam à neceſſitate vel deſperatione rerum ſuarum. Mœrorum ] pro murorum, ἀρχαϊσμός. Nunquam ne ] Propoſitio per interrogationem. Hortatur autem vt depellat hoſtem. A debito. Mea vulnera] id eſt,

à Diomede accepta, Iliad. ε. Et tua progenies] σύλληψις per genus. Si ſine pace] Conceſſio. Maneſque dabant] Manes Creuſæ ſupra Aeneid. 2. Anchiſæ, lib. 5, & 6. Quid repetam] Ab ijs quæ paſſim ſunt, amplificatio elegantiſſima. Alecto] Commouerat ſuperos, ventos, fluctus, terras, homines, reſtabant autẽ inferi, ſed & hos nuper mouit. Bacchata per vrbes] Bene dixit bacchata, quia per ſimulationem ſacrorũ Liberi patris egerat matres in furorem Nil ſuper imperio] Quid petat, argumentũ à rei conditione & æquitate. Tu coniux] Obliquè hactenus in eam locuta eſt, nunc doloris neceſſitate compellitur, vt eam nominet. Supereſſe nepotem] Cura nepotis. eſt autem πάθος ab ætate. Ignotis vndis] Per ignota maria cõtinuet errores. Eſt Amathus] Cypri ciuitas, vnde Amathuſia Venus, thus longa diphthongo, ἀμαθοῦς, ſicut ὀποῦς. Etſi hinc etiam ſunt ὀποῦντιοι, Illinc vero tantúm ἀμαθούσιοι. Eſt autem nomen contractum. Inde] id eſt, ab Aſcanio. Peſtem] id eſt, incendium. Quid peſtem] Epilogus, quo miſerationem mouet à fruſtratis laborib'. Fugiſſe per igneis] exprimit, quid ſit belli peſtem euadere. Recidiua] id eſt, Renaſcentia, vt Seruius exponit. Tractus eſt enim ſermo de arboribus, quæ alijs ſectis repullulant. Redde oro] ἀμφιβολογία. Acta furore] Ergo iniuſte commota. Quid me alta] Exordium abruptum, & à neceſſario. Aenean] In an accuſatiui græci producuntur. Eſt autem hìc confutatio. Fatis autoribus] Dilutio. Num liquere] Extenuatio. Num puero] Amplificatio, ἐπαναφορά. Fraudemque] Fraus, verbum iuris. Cui Pilumnus] Rhetoricè patria opponit. Quid face] Accuſatio, qua purgationẽ ſuam reddit veriſimiliorem. Et gremijs] Exaggeratio nimia. Gratum] Iliad. ι. & υ. Ventos inanes] Nebulæ definitio. Et potes] A maiore de ſuo officio. Nos aliquid] Extenuat factũ

ſuum

ſuum. Ignarus]Irriſio. Nos ne tibi] Inuerſio. Quæ cauſa] a cauſa ſuperioris belli Troiani veriſimile fecit Venerem etiã huius belli eſſe autorem. Dardanius] Propter iniuriam Aeneæ hoc poſuit. Aut ego tela] Tela & bella ſibi inuicem hoc loco alludunt. Orabat] id eſt, oratorié aiebat. Ceu flumina] Comparatio. Inſit] Num enim ipſi poteſtas decernendi ſit, apertè loquitur. Sileſcit] Silentium loquente Ioue. Accipite] Attentio. Quæ cuique eſt] Iupiter dicit ſe nulli parti profuturum, ſed fatis commiſſurum exitum. Fuat] id eſt, fuerit. Stygij per] ὑπαλλαγή. Stygij per] A iureiurando confirmat. Pice torrentes] Alludit ad naturã Stygis. Eadem ſupra Aeneid. 9. & extat hæc forma. ἰλ. ξ Tremefecit] Homer. eſt, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον. Chil. 1. Cent. 8. Prouerb. 49. Interea Rutuli] Redit ad inſtitutam narrationem, quam poſuit in fine 9. libri. Circúm omnibus] Hic circúm aduerbiũ loci eſt. Detectus] Græca figura, id eſt, capite nudo, & neque pileo neque galea tecta, vt eſſet forma magis conſpicua. Qualis gemma] Comparatio. Mneſteus & Capys] Alterum laudat à facto, alterum à merito ciuitatis. Nocte] Ad laudem Aeneæ. Regem addit] ὑπόζευξις, Zeugmæ contraria. Trachon] Redit ad hiſtoriam de Trachonte, quã in fine octaui libri reliquerat. Secumque volutat] Fingit eum conſultantem de rebus ſuis. Pandite] Inuocatio, quæ tenet ſummam rerum, & ſpeciem propoſitionis. Maſſicus] Catalogus ducum, qui Aeneam ſecuti. Corytique] Gortij, G in C, γωρυτος enim theca arc⁹, Hom. Od. φ. dicitur. Aſtur equo] ἀναδίπλωσις. Minionis] Minion Etruriæ fluuius. Crimen amor] πάθος per exclamationem ex perſona poëtæ. Centaurum] Nauium nomina Centaurus & Piſtrix conuenientia, & de picturis fortaſſis indita. Et longa] Homœoteleuta. Ocnus] Qui & Banor in Bucolicis, vt ait Serui⁹, appel-

appellatur, conditor vrbis Mantuanæ. Mant'] Manto filia fuit Tireſiæ vatis. In ſe Mezentius] Odio ſui in arma compellit. Triton] Triotonem eiuſque buccinam deſcribit Ouid. Metam. 1. Hodieque viſuntur Romæ ea forma imagines plerunque, ſed & huiuſmodi piſces inueniri, Plin. lib. 9. cap. 5. grauiſſ. teſtimonijs probat. Neque enim membris] Non decet principem totam noctem ſomno traducere, Chiliad. 2. Cent. 7. Prouerb. 95. Quo prius æratæ] ὑποτύπωσις. Subremigat] Alludit ad priſtinam formam, quippe nauis. Refecit] id eſt, in hanc immortalem dearũ pelagi formã, erepta mortali forma facieque mutauit. Iam loca] Perſtringit obſcure hiſtoriã de promiſſis equitibus Hetruſcis. Ocyor] ὑπερβολὴ per comparationem. Alma parens] Ex ijs tribus nominibus captauit beneuolentiam. Edicit] Edicere eſt cũ autoritate aliquid curandum iubere. Parent ſe] Vniſyllabum ſe carmen ſiſtit, & conſtantem animũ pugnatorem requirit. Dardanidæ] Oſtendit quid poſſit ſpes. Quales ſub] Comparatio ex Home. Iliad. lib. 3. in principio. Ardet apex] Sunt tranſlatæ & hæ ſimilitudines elegantiſſimæ, quæ & omnia aliunde alia, conuerſæ de Iliad ε & χ. Vmbo] συνεκδοχή. Non ſecus] Comparatio. Vltro] ἐπανάληψις. Quod votis] Adhortatur milites à neceſſario, vtili & honeſto. Vltro occurramus] Conſilium. Verſat quos] In tanta rerum omnium deſperatione, nec conſiliũ nec vim animi amiſit. Audentes] γνώμη. Ennius in 7. Fortibus eſt fortuna viris data. Seruare] Infinitiui κατὰ ἐναλλαγὴν, pro indicatiuis. Per remos] ὑποτύπωσις. Nunc ô lecta] Hortatio nautica. Socij] id eſt, remiges, quos Liuius ſocios nauales, Græci πληρώματα καὶ προσκώπους vocant. Fragmina remorum] ὑποτύπωσις. Primus turmas] Commemoratio cædium. Pharon] Melanchthon legit Pharo, Datiuo, & clamãti. Cydon]

Ama-

Amator iuuenum tanquam Cretenſis. Phorci progenies] Phorci 7. filiorum in Aeneam impetus irritus. Deflexit partim] Venus deflectit tela ab Aenea. Suggere tela] Excitat ſe recordatione ſuæ virtutis. Tum Numitor] promiſcue recenſet, vt res eſt geſta. Tres quoque] Tres hic, & mox tris magna iudicij ſubtilitate poſuiſſe Maronem obſeruat Gellius libro 13. cap. 20. Auruncæq;] A Tibri vſque ad Laurentū, Pelaſgi, Sicani & Arunci. Expellere tendunt] id eſt, ſe inuicem loco mouere contendunt. Ceu tollunt] Comparatio à ventis. Non ipſi] ἐπαναφορά. Hæret pede pes] Eſt αὐτίπτωσις, pes pedi. Prælij conſerti & ardentis atque actis dimicationis indicatio. Nunc prece] Propoſitio ab honeſto. Quo fugitis, Amare dictum. Per ducis] πάθος. Eſt via qua] Conſilium. Numina nulla] A poſſibili. Ecce maris] Ab impoſſibili. Eſt medius] Pallantis ſtrages, quam ſuis exhortatis edidit. Fit Lagus] Lagus rex Aegypti, primam producit Iuuenalis. Famoſaq; mœnia Lagi. Hunc magno] ὑποτύπωσις. In pulmone] ἀρχαϊσμός. Pro in pulmonem. Rheti de gente] Hanc Fabulam nuſquam reperiri in autoribus, Seruius aſſerit. Vos etiā] ἀποστροφή. Nam tibi Tymbre] μετάθεσις, pro Tymber. Metri enim cauſa Metaplaſmum fecit. Euandrius] Vt armis paternis filium vſum fuiſſe intelligamus. Te deciſa] πάθος. Semianimeſque] Ennij eſt.

*Oſcitat in campis caput à ceruice reuulſum,*
*Semianimeſque micant oculi, lucemq; requirunt.*

Arcadas] Accuſatiuus Græcus eſt pluralis. Vehementer mouetur virt' alieno exemplo, maxime ducis. Præterea] τμῆσις. Illo namq;] ἀντίπτωσις, Illo pro illum, frequens Maroni ſermo. Ac velut] Comparatio. Canentia lumina] ἐναλλαγή eſt, pro ipſe canens. Iniecere manum] Sermone Iuris vſus eſt.

Nam

Nā eiecto manus dicitur, quoties nulla iudicis autoritate expectata rem noſtram vindicamus. Da nunc] Vicinum inuocat numen, cuius in ripis bella tractantur. Perterrita ] ſcilicet agmina. Nodumq;] Obſtaculum. Interea ſoror ] Turni ſoror nympha erat. Solum ego ] πάθος iræ. Aut ſpolijs] δίλημμα, & exemplum gloriæ. Frigidus ] Præſagium mortis futuræ. Vtque leo ] Comparatio, & elegans ferocientis deſcriptio. Stat ſua ] γνώμη. Omnibus eſt] Magna conſolatio quæ oſtendit nō eſſe dolenda communia. Sed famam] Confutatio illius, quæ occurrebat propter vitæ breuitatē, vitanda eſſe ardua: Troiæ ſub ] Confutatio precum ab exemplo. Tot nati] Vt Achilles Thetidis, Memnon Auroræ, Aſcalaphus Martis. Reijcit] Ita ſucceſſus additur. Quem Turnus ] Ita completur in aliquot codicibus: Sic ore profatur. Qualem meruit ] σαρκασμός. Solamen ] Quia ſolatium viuentium eſt humare defunctos. Aeneia ] Exprobratio acerba. Baltei ] συναίρεσις, vel hypermetros verſus. Cæſa manus iuuenum ] Danaidum, quæ iugulauerunt maritos. Bonus Eurytion] Laus ab artifice. Neſcia mens ] Exclamatio ſententioſa, ne quis ſecundis rebus inſletur. Sabula] id eſt, elata. Turno tempus erit] Ne fortè in accinendo præproperus, noluit dicere: Tempus erit Turno. O dolor ] Exclamatio. Proxima quæque ] Pulcerrima hypotypoſis. Latumq; per ] ἐναλλαγή. Te Turne ] πάθος. Omnia ſunt oculis] Peritè ſciſſa eſt narratio, per quam animus Aeneæ perturbatus exprimitur. Inferias[ Alludit ad priſcū morem. Solebat enim litari principibus, iugulatis aliquod hoſtibus. Sunt autem inferiæ ſacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur. Te precor] Deprecatio vitæ. Ceruice orantis] πάθος. Dardanides] ὑποτύπωσις. Dixerat ille] Vide Chiliad. 2. Cent. 2. Prouer. 52. Caniciemq; ſibi] Irridet eos,

qui

qui inſtabili fidunt vitæ. Ille reducta ] ὑποτύπωσις.
Iſtic nunc metuende]σαρκασμός. Inſultat pari mo-
do Achilles Lycaoni iam peremto, Iliad. φ. For-
temque Numam] Sæpe vnum nomen de duobus
reperitur. Et tacitis ] Vnde prouerbium tractum,
Amyclas ſilentium perdidit. Mucro ] συνεκδοχὴ,
pars pro toto. Quadrijuges] Vt euitaret Homœo-
teleuton. Longè gradientem ] Militaris inceſſus,
Vnde Gradiuus Mars. Cui Liger] Deeſt in nonnul-
li exemplaribus pes iſte dactilicus. Nam Diome-
dis] Duos obijcit, à quibus victus eſt Aeneas. Dicta
parat] Vera fortitudo neq; maledica eſt, neque mi-
nax. Lucagè nulla] Aeneas inſultat Lucago χλευα-
στικός. Ipſe rotis ] σαρκασμός. Sine hanc animam ]
Deprecatur vitam. Tum latebras] Definitio pecto-
ris eſt. Mucrone]συνεκδοχή. Torrentis] comparatio.
Aſcanius] Aſcanius, obſidione abſoluitur. Tenus ]
Ironia. Submiſſa] Humilem eſſe decet, quem ne-
ceſſitas precandi vrget. Incolumem ] πάθος. Ille
tamen ] ἠθικὸν eſt. Noſtra deducit ] Ab honeſto.
Pilumnus ex Ioue. Quartus pater ] id eſt, abauus.
Si mora] Ex Iouis conceſſione, quali arte egerit Iu-
no cognoſcitur, ſcilicet, vt Turnus poſſet euadere.
In faciem] id eſt, quæ faciem Aeneæ habebat. Dar-
danijs] Decorum, neq; enim decebat Turnum fuge
re. Diuini] Hoc ex perſona poëtæ dictũ eſt, intuen-
tis futura. Nam poſt mortem refertur in numerum
deorum. Quò fugis ] Ironia per amphibologiam.
Mucronem]συνεκδοχή. Nec ferre] Chiliad. 3. Cent.
8. Prouerb. 46. Certum nauis indicium. Rupit Sa-
turnia] Ne deprẽſo dolo ad bellum rediret. Ingra-
tuſque] Ingratus ſalutis. Omnipotens genitor] ἀν-
τονομασία. Duo pro vno proprio Iupiter. Tanton'
me] Turni querela ab honeſto. Laurentis ne] Qua-
ſi deliberatio. Quid manus ] σύλληψις per genus.
Nã à manu, id eſt, multitudine ad viros tranſitum
fecit

fecit. Vos ô potius ] Exclamatio. Induat & ] Aut καταχρηστικῶς dixit induat ꝑ feriat, aut ἐναλλαγὴ eſt, pro mucrone ſuo induat corpore, Seruio annotante. Animi] Pro animo, figurate dicit. At Iouis ] Decorũ in Tyrrhenis obſeruatum, qui inſenſum Mercurium oderant. Vni ] ἀναδίπλωσις. Ille velut] Comparatio. Prolem] ὑποτύπωσις. Latagum occupatos] Pro Latagi os occupat Græca figura. Donat habere ] Græca figura: vt, Argenti magnum dat ferre talentum. Quem nocte] Alludit ad viſum Hecubæ. Ac velut ille] Mezentius comparatur apro. Veſulus] Mons Liguriæ iuxta alpes. Paſtus ] ἀντίπτωσις, male agnoſcit Seruius pro paſtum. Iræ eſt] Ea ratione qua odio eſt, dixit ſupra. Venerat] Fictiones obſcuræ hiſtoriæ. Hymenæos] Nuptias. Impaſtus ſtabula] Comparatio emphatica. Pæana] Pæan, vox triumphantis. Non me quicunque ] Expirans vaticinatur. Diuum pater ] Antonomaſia. Olli ] ἀντίστοιχον. Sacraton ] Sacratoris non meminit in Catalogo. Pallida ] ab affectu inſaniæ. Tiſiphone] id eſt, vltio cædis. Quam magnum ] Comparatio. maxima ] per Epitheton correxit ταπείνωσιν more ſuo. Spacium emenſus] Specioſa elocutio. Dextra mihi] Precatio per votum. Prædonis ] Prædones ſunt qui populando alienã inuadunt prouinciam. Trophæum] ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι, id eſt, ab hoſtium conuerſione dictum, vt triumphus, ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν, id eſt, ab exultatione. Anthorem ] Ab Anthore recto Alieno ] id eſt, quo Lauſus petebatur. eſt autem] πάθος à cauſa. Et dulces] πάθος à patria. Aere cauum] Obſtrepentium ſyllabarum concurſatio opportuna rei energia. Linea terga] Lino enim tegebantur ſcuta, vt poſſet inhærere pictura. Ima haſta] ἐναλλαγὴ eſt, pro in imo inguine. Nec te iuuenis] Apoſtrophe poëtæ ad Laſum. Inque ligatus ] Ars numeris ſubuenit per Tmeſin. Mucronem] συνεκδοχή.

χή. Dum genitor] ὑποτύπωσις. Ac velut] Comparatio. Præcipitant] pro præcipitantur, ἐναλλαγὴ numeri. Omnis] ἐπαναφορά. Exercere diem] ἐναλλαγὴ, pro ipſe per diem exerceri. Nubem belli] Traſlationem fecit à vicina comparatione. Exigit enſem] Poëtica deſcriptio. Molli mater] πάθος ab atteſtatione. Ora] ἀναδίπλωσις. Quid] ἀναφορά. Habe tua] Sic Turnus remittit Pallanta Euandro. Si qua eſt ea cura] Alludit ad impietatem Mezentij. Aeneæ magni] A victore inſigni vinci eſt glorioſū. Vide Chil. 2. Cent. 2. Prouerb. 8. Lymphis] Lympha, aqua, quaſi Nympha. In pectore] pro in pectus, ἀρχαϊσμός. Caniciem] πάθος à ſenecta. Ad cœlum tendit] ſcilicet, Mezentius, increpans deos, quaſi ſacrilegus. Tantáne] Exclamatio. Vt me pro] Deflet Lauſum. Morte tua] πάθος per definitionem. Omnes per mortes] πάθος per hyperbolen. Sed linquam] πάθος ex debilitate. Hoc] ἐπαναφορά. Alloquitur mœrentem] πάθος ex ſermone conuerſo ad equum. Et exceptus] Non enim poterat aſcendere, ſed ex ſuperiori loco ſe in equo cōpoſuit. Hirſutus] ἱππουρον. Vocauit] id eſt, prouocauit. Tantum effatus] Strepens literarum ſyllabarumq́; conflictatio auribus ſubblanditur. Nec mortem] πάθος quaſi per definitionem. Siluam] Pro vim iaculorum ingentem. Congreſſus iniqua] Nempe pedes cum equite. Clamor] Hypermetros. Vbi nunc] Irriſio hoſtilis, σαρκασμός. Haud inſcius] λιτότης.

## ARGVMENTVM LIBRI VNDECIMI AENEIDOS.

Narrantur hoc libro honorificæ Pallantis à Turno interfecti exequiæ, Legatorumq́; ad Diomedem reſponſa, Aeneæ expeditio, & Camillæ interitus.

Oceanum] More ſuo prætermiſit noctis deſcri-

ptionē, quam tranſiſſe indicat præſens ortus diei. Præcipitant] Longam enim dilationem ſepulturæ non patitur. Vota Deûm] Recte dijs conſecrat eius arma, qui Deos ſemper contemſit. Eſt autem amplificatio à Deûm ſolennitate. Bis ſex] Vis illius quanta fuerit exprimitur. Eburnum] Vagina eburna aptatum. Maxima] Propoſitio. Spolia] A ſigno. Mezentius hic eſt] Inſultatio pia. Manibuſque] μετακισμός. Nunc iter ad] Conſilium & hortatio. Arma parate] ἐναλλαγὴ pro armis parate animos. Ite ait] πάθος eorum, qui perierunt. Non virtutis] λιτότης. Ennij verſus eſt. Acerbo] Tranſlatio à pomis Seruabat] σπονδαίζων verſus. Ibat] ἐναλλαγὴ temporis, pro ferat. Ingentem] πάθος. Lacrymis Aeneas iterum deflet Pallanta. Téne inquit] Propoſitio. Non hæc Euandro] κατὰ τὸ σιωπώμενον hoc intelligendum eſt. Nam diſcedens nuſquam eſt Euandrum allocutus Aeneas. Mitteret] μετακισμὸς ex interuallo. Cum dura] πάθος. Nos iuuenem] Pallanta modò iuuenem, modo puerum appellat, ſicut Lauſum, vt tenera ætas ſignificetur. Hi noſtri] Ironia. Euandre] μετάθεσις. Soſpite] per ἀντίπτωσιν, pro ſoſpiti. Eſt autem mitigatio ab honeſto. Heu mihi] Exclamatio. Haud ſegnes] λιτότης. Alij crates] Contentio. Qualem] Comparatio pulcerrima à flore, qualis ſupra 9. Aeneid. Tum geminas] Pompa funebris. Ipſa ſuis quondam] Commendatio tacita purpuræ: nam nulla melior fuit Sidonia vel Tyria. Quib. ſpoliauerat] Ambiguè dictum. Vel quibus vſus fuerat, cum hoſtes obtruncaret, vel quib. victor hoſtes ſpoliauit. Ferre duces] Trophæa. Pectora nunc] Idem mutato numero 4. & 8. Aen. Poſt bellator] Humani affectus in equo. Aethon] Equus Pallantis, quo nomine & Hectoris quatuor equorum vnus Iliad. 8. & Solis quartus. Ramus oleæ] Olea indicium pacis. Quænam vos] Conqueſtio per indignationem.

nem. Qui nos fugiatis ] A maiori. Equidem & ] Excuſatio. Nec] ἀναφορά. Vixet] συγκοπὴ, pro vixiſſet. Olli] ἀντίστοιχον. Conuerſique] Tres colliſiones. O fama ] Exclamatio. Quibus cœlo] Captatio beneuolentiæ à laude. Iuſticiæne] Græca figura. Pace ſequeſtra] Pax ſequeſtra ea eſt, quæ ſic interponitur, vt non tollat, ſed differat bellum. At non Euandrum] εἴκων à geſtu. Repoſto] συγκοπὴ, pro repoſito. Lacrymanſq; ] Euander deflet Pallanta. Non hæc] Ab omine. Cautius] Sententia de temeritate. Haud ignarus] λιτότης. Dura] πάθος à loco præter ſpem. Tuque ô] Exclamationes. Vt genitor ] Optatio. Atque hæc ] Occupatio. Nec] ἐπαναφορά. Nec vos arguerim] Exaggerat eorum pudorem, ne videatur cauſa orbitatis fuiſſe, dicens hoc ſibi fataliter debitum. Ducentem] Conſolatio à qualitate beneficij. Quam] ἐπανάληψις. Non alio dignet] Latenter hîc Aeneæ oſtenditur pietas, qui in amici funus tanta contulit, vt pater amplius præſtare non poſſet. Infelix ] πάθος. Quid vitam] Vindicta. Gnato] πρόσθεσις. Opera] Per opus & opera, Seruio annotante negocium ipſum quod geritur ſignificamus: ꝑ operas autem, perſonas ipſas, quæ aliquid faciunt. Pyras] Pyra eſt lignorum congeries: Rogus, cum ardere cœperit, dicitur: Buſtum verò, iam exuſtum vocatur, teſte Seruio. Subiectiſque] Ritus funerum. Caligine] κακπακισμός. Ter] ἐπαναφορά, & ſolet bis tantum iterari. It cœlo] ὑπερβολή. Clangorq;] ὀνοματοποιΐα. Igni] Pro ignem. Et non felicia] πάθος. In flammam] Alludit ad priſcum morem ſpargendi vino flammas. Ardentes] σιγματικός. Non humida] Proprium noctis epitheton. Nec numero ] κακπακισμός. Certarum] κακπακισμός. Tepidoque] ἐναλλαγὴ, hoc eſt, oſſa tepida. Prædiuitis] More Græco epitheton hoc loco poſuit. Pectora] πιτακισμός. Dirum execran-

 tur]

tur] παρασκευὴ ad conſilium Latini de pace, & contentionem Turni & Drancis. Obumbrat] Metaphora ab arboribus. Amor autem reginæ ad fauorem popularem plurimũ proderat Turno. Trophæis] Quia multos occiderat. Ecce ſuper] Ecce inopinatum pronunciat malum & graue ſatis ac vehemens. Ab rege petendum] Græca conſtructio. Fatalem] id eſt, fatis aductum. Ergo concilium] Conſultatio de rebus regni. Olli] ἀντίστοιχον. Conuenere] Oſtendit quam cupide propter magnitudinem periculi omnes concurrerint. Farier] παραγωγή. Vidimus] Oratio mirum in modum erudita & ſine exordio. Munera] Repetitio eorum quæ dicta ſunt. Apros] id eſt, Argyripam. O fortunatæ] Propoſitio per exclamationẽ & interrogationem. Quicunque Iliacos] Ilij euerſores omnes pœnas dedere. Quos Simois] Diſſuadet à Græcorum exemplis. Scit triſte] πάθος ab Auxeſi. Ipſe Mycenæus] πάθος à patria, à forma, à neceſſitudine, à loco. Coniugium] ἐπιφώνημα. Vagantur aues] Diomedeæ. Cum ferro] Iliad ε. Veneris manum vulnerauit Diomedes. Nec vero] Epilogus diſſuaſionis. Nec mihi] Intricata conſtructio. Vertice] Conſiliũ. Stetimus tela] Aeneæ laus ab hoſte. Si duo] Ratio. Duo] Pro duos, δύο, vt ambo pro ambos in Bucol. Nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo luſerat. Hectoris] Comparat Aeneam cum Hectore. Ambo] ἀλφαβητισμός. Ceu ſaxa] Comparatio. Solio rex] At Homerici reges ſtantes cum populo agunt. Ante equidem] Perturbati animi exordium à tempore. Cum muros] Narratio. Importunum] Quod defenſionis non habet portum, & quod periculorum non inuenit rationis ſuffragium. Gente deorum] Cauſa, quare importunum ſit. Nec victi] Quia potuiſſet dici, tam diu durabimus, vt ſuccumbat. Nec quenquam] Occupatio. Nunc adeo] Conſultatio.

Thuſco mihi ] id eſt, Tyberino fluuio. Dicamus ] Vltima primarum & poſtremarum duorum verſuū dictionum conſonant ex artificio. Naualia] Ad naues neceſſaria ædificandas, ἀσύνδετον, vel διάλυτον. Dicta ferant] φιτακισμός. Ire placet ] πιτακισμός. Et ſellam regni] Romanorum inſignia. Conſulite] Clauſula. Rem nulli] Beneuolentia ab aſſenſu, qua exorditur Cuius ob ] ἀντίθεσις. Dicam ] μετακισμός. Cœlum territat ] Vide Chil. 2. Cent. 4. Prou. 6. Vnum ] ἐπαναφορά. Vllius ] V litera ter alludit. Quin gnatam ] G ex arte inculcatum. Gnatam ] πρόθεσις. Quod ſi tantus] Ironia. Ipſum] ἐπανάληψις per mutationem caſus. Quid miſeros ] Exclamatio inuidioſa. Nulla ſalus ] Argumentum à neceſſario. En ſupplex ] Ironia. Aut ſi fama] Occupatio. Scilicet vt] Ironia. Regia] Ab honeſto. Qui vocat ] Abruptus finis. Larga ] Nota coniunctas quinque voces diſſyllabas. Sed non ] Recriminatio. Proinde tonat ] χλευασμός ſiue ἐπικερτόμησις, Ironia. Pulſus ] ἐπανάληψις. Eſt autem purgatio obiectorum. Diluit argumentum cum regis, tum Drancis. Et quos mille ] Hanc ſtragem Mneſtheus Troianis obijcit ſupra Aeneid. 10. Gentis bis] Extenuatio Nunc & ] Ironia. Nunc] ἀναφορά. Amnis & Andriacas] Vide Chiliad. 1. Cent. 3. Prouer. 15. Nunquam animam ] Decorum. Si nullam ] Conſultatio per conceſſionem. Si tam] πολύσιγμα. Funditus] συλλογισμός. Quanquam ô ] πάθος per ἀποσιώπησιν. Ille mihi ] Vel de Mezentio loquitur, vel de quouis alio. Procubuit] Fortis oratio. Sin & opes] Ab auxilijs. Sunt illis] A calamitatibus hoſtium. Multa dies] Ennij imitatio. Fortuna locauit] A fortuna, quæ poteſt vertere omnes caſus. Vide Chil. 1. Cent 5. Prouerb. 77. At Meſſapus] Dilutio. Quod ſi me ] Poſtrema conſultationis pars. Ibo animis ] Contemtus, ὁμοιόπτωτον. Deuoueo ]

Petitum à Romana hiſtoria de formis deuouendi, Caſtra Aeneas] Aeneæ expeditio. Tecta tumultu] Elegans ſyllabarum reſonantia. In auras] ὑπερβολή. Haud ſecus] Comparatio. Maniplis] συγκοπή. Non temerè hoc dixit. Antiquus enim mos fuit vti manipulis pro vexillis. Armati] id eſt, vt armētur. In armis] id eſt, armatos. Concilium ipſe] λαγαρὸς verſus. Deſerit] ταυτοτισμός. Multaque ſe] Græca figura. Sapientia poſt factum. Dardanium] πάθος. Præfodiunt] Tumultuarius populi labor. Labor vltimus] Omnes ad laborem vltima neceſſitas, quæ durum eſt telum, conuocat. Nec non ad templum] Iliad. ζ. Hecuba cum matribus in templum Mineruæ venit. Magna] Homœoteleutæ voces. Armipotens] Precatio. Cingitur ipſe] Iliad. τ. Achilles armatur. Auro] id eſt, oculis aureis. Aureus] ἀλφαβητισμός. Qualis vbi] Cōparatio ex Iliad ζ. Obuia] Decorum. Defluxit equis] Contra decorum. Turmæ] id eſt, equitatui, συνεκδοχὴ, pars pro toto. O decus Italiæ] A laudibus Camillæ. Furta] κλέμμα, id eſt, dolos ſtruo Biuias fauces] Fauces itinera inter duos montes anguſta. Tu Tyrrhenum] Conſilium. Hanc ſuper] σιγματισμός. Inſedit] Propriè. Nam inſidere eſt doloſe aliquem expectare, vnde & inſidiæ nominatæ ſunt. Opim] Opis in hymno Callimachi. Triſtes voces] Habitum futuræ orationis oſtendit. Ore dabat] Pleonaſmus. Bellum] Vno verbo exitum rei docuit. Graditur] De ortu & educatione Camillæ. Neque enim] Cauſa cur amarit Diana Camillam. Pulſus ob] Excuſat exilium Metabi. Prælia belli. Amaſenus] Amaſenus apud Priuernum defluens. In iaculo] id eſt, implicata iaculo. Ferino] id eſt, equino. Nam & Aen. 2. feri pro equi poſuit. Pedum] πιτακισμός. Spiculaq́;] Habitus virilis. Tigridis] Tigridis exuuiæ. Tela manu] ὑποτύπωσις. Fatis] Fata. Polo] Suſtulit ſe in olympum.

pum. Paulo inferius. Fuit autem Aruns. Infra, à quo Latone per Opim pœnas repoſcit. Fremit] Bonum omen. Horret] Ex Ennij Homeriq́ue imitatione. Aduerſi] Hiſtorica deſcriptio. Subſtiterat] Hypermetros verſus. Niuis ritu] Similitudo. Dant ſonitu] Affabrefacta literarum ſyllabarumq́ue obſtrepentium concurſatio auribus lectorũ ſubblanditur. Exemplo] ὑποτύπωσις. Agunt] vnde agmen. Qualis] Comparatio. Nunc ruit] Alludit ad Euripum. Vado labente] ἐναλλαγή, pro labens ipſe pervadum. Sanguine in alto] ἐμφατικῶς cædis oſtenditur magnitudo. Haſtam] Figuratè dictum, ὑποτύπωσις. Voluitur] Equus ſternitur. Ingentemq́ue] Verſus affabrefactus, ἐπαναφορά. Funditur] φιτακισμός. Pulcramq́ue] πιτακισμός. Amazon] Amazon Camilla. Nunc] ἀναφορά. Tullæq́ue] Romana nomina. Quales] Comparatio. Thermodoontis] Amazones à Tanai ad Thermodoontẽ tranſtulerunt ſedes ſuas in Thraciam. Abiete] Proceleuſmaticus. Sanguinem] πάθος. Tereaque] πολυσυνδετον. Iapyge] Iapygijs. Sparus] Ruſticum telum & recuruum. Siluis te] Inſultatio, σαρκασμός, pro in ſiluis. Duo maxima] De duob. incipit dicere, & in vnum deſinit. Lucent] λαμβδακισμός, ex interuallo. Tum validam] Ellipſis. Congeminat] καππακισμός, ex interuallo. Haud Liguram] λιτότης. Verſare dolos] Ligures fallaces. Infrà eodem libro. Fidis equo] Ludit in verbo equo & æquo. Enſe] Ferè idem Aene. 11. Enſe pedes] πιτακισμὸς, ex interuallo. Ferrata] Aliâs furato. Quam facile] Comparatio. At non hæc] λιτότης. Cædes] Agnominatio. Quis metus] Exclamatio à turpi. Quo ferrum] A ſignis circumſtantibus. Aut non in] Luxus. Sacra] σιγματισμός. Equum in medio] Elegans hypotypoſis. Cœlum] καππακισμός. Vtq́ue volans] Comparatio aquilæ aptiſſima, verſus adducti à Seruio extant Iliad. μ.

Arrectiſque ] συγματισμός. Portat ouans ] Aruns Camillæ occiſor. Qua ſe cunque] τμῆσις eſt. Hac ] ἀναφορά alterna. Forte ſacer] Culta & florida oratio. Chloreus] Alterum Chloreum occidit Turnus lib. 12. Cornu] Ligni ſpecies eſt. Barbara] Nomen artis indicat. Caſſida] pro Caſſis, Seruius. Summe ] σιγματισμός, ex interuallo. Pineus ardor] περίφρασις ignis. Paſcitur] πιτακισμός. Da pater ] Inuocatio. Peſtis ] Camilla dira peſtis, Chil. 3. Cent. 4. Prou. 40. Annuit oranti ] erat enim in fatis, vt Camilla occideretur, eiuſq; occiſor pœnas daret. Læticia affectus. Ac velut ] Comparatio, ἀλφακισμός. Mucro ] σιωπηκδοχή. Labitur ] L de induſtria ſæpius alludit in labentis deſcriptione. Partiri] vel ἐναλλαγὴ eſt, vel ἔκλειψις, id eſt, partiebatur aut ſolebat partiri. Turno] Qui erat in ſiluis. Succedat pugnæ] Sollicitudo morientis Camillæ pro Repub. Exequitur Arca] Conflictatio animæ ſequitur. Et captum ] Ludit in verbis captum caput. Ferit aurea] ὑπερβολή. Sidera] Homœoteleuta. Sedet ] σιγματισμός. Spectatq;] Id quod ei mandat Diana. Deſertæ] δελτακισμός, ex interuallo. Pergentis erit ] Alludit ad æternitatem ſui carminis poëta. Pulcerrima ] Dea pulcerrima, ſcilicet Opis. Cur inquit ] Dicta per indignationem. Sagittam] Geſtus ſagittantium. Inter ſe ] Iliad. δ. νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν τόξῳ δὲ σίδηρον. Opis ad] Erat enim in montibus iuſſu Dianæ. Diſiectique ] δελτακισμός. Turbidus ] Expreſſit rei naturam Ad cœli] ὑπερβολή. Portas ] πιτακισμός. Hos inimico ] Cædes Latinorum. Mœnibus in ] πάθος à loco. Miſerrima ] πάθος à cæde. Arietat ] ἀκέφαλος verſus. Et ſæua ] Iliad. α. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Inſidiæ impediuntur. Sæuum ] Sæuus. Martis & virorum fortium epitheton. Mœnia vallant ] Hic probatur, vt Seruius ait, quod & ij qui tuentur & qui obſident vallare dicantur.

ARGV-

## ARGVMENTVM LIBRI DVODECIMI AENEID.

Fœderis in hoc vltimo libro violatio,& Amatæ triſtis interitus,& certamen Aeneæ ac Turni,exprimitur.

Infractos] id eſt,valde fractos. Leo ] Comparatur leoni Turnus. Ille ] κατ' ἐξοχὴν. Aſtatur ] Iteratio. Pater &] λαγαρὸς verſus,cuius in medio ſyllaba breuis pro longa.Deſertorem Aſiæ] Tria coniungit,quorum vnum eſt à loco, quod Aſianus,alterum à genere , quod Dardanius , tertium verò à facto,quod eſſet proditor. Commune ] Nam commune dedecus eſt , quod Troiani Italiam teneant. Olli ] ἀντίστοιχον. O præſtans ] Enumerat bona ac mala iuuentutis ac ſenectutis.Eſt autem oratio Latini grauis.Quantum ipſe] Captatio beneuolentiæ à laude eius virtutis.Expendere caſus]Ne eũ abrupto de eius virtute deſperare videatur, caſuum varietatem ſetimere commemorat.Idque omnes]Fatum. Victus ] ἐπανάληψις. Vincla ] συγκοπή. Promiſſum ] Colliſiones quatuor. Bis magna] Ab incommodis.Bis magna capti] Semel occiſo Mezentio,iterum Camilla. Recalent ] Pro calent, vt fata renarrabat. Parentis longæui ] πάθος ab ætate, à loco. Haud quicquam dictis ] ipſe Turnus inter medendum fit ægrior.Pari ore] πλεονασμός. Quam pro me]Reſponſio Turni.Et nos tela] Generoſitas. Noſtro de vulnere]Vide Chil.1.Cent.2. Prou.88. Per ego] Precatio pathetica.Inclinata] μεταφορά, à ruina ſumta. Teucris ] Cohortatur ab omni bello. Qui te cunq; ] τμῆσις.Ignem ſubiecit] ἐναλλαγή eſt, pro,cui ignis animi ſubiecit ruborẽ. Si quis ebur ] Comparatio Homeri formæ & pulcritudinis, ἰλ. δ. Te penes] Chil. 1. Cent.3. Prou. 32. Ardet] πολυάλφα. Ne] ἐπικαταφορά. Lacrymis ] Omen mortis à

lacrymis Amatæ. O mater] μυτακισμὸς ex interuallo. Orithyia] σπονδειάζων verſus. Fuit autem Orithyia filia Erechthei, Boreæ vxor. Qui cādore] ὑπερβολή. Verſ. Homer. ιλ. κ. λευκότεροι χιόνος θείειν ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Pectora] πιτακισμὸς καὶ καππακισμός. Alboq;] Auri ſcilicet comparatione. Homerus quoq; orichalcum auro cōiunxit, hymno ad Venerem II. ἄνθεμ' ὀρειχάλκου χρυσοῖό τε τιμήεντος. Columnæ] Per columnā haſtæ magnitudo exprimitur. Stygia] Grādis indicatio σεμνώσεως. Nunc ô nunquam] Inuocationes & preces. Da ſternere] Græca figura. Actoris] ἀμφιβολογία. Totaq; ardentis] πάθος ex habitu perſonæ. Oculis micat] Hom. eſt, ὄσσε δὴ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. Mugitus veluti] Cōparatio. Arboris obnixus] Iſti duo verſus habentur & in 3. Georg. Maternis] id eſt, Quas mater ei à Vulcano impetrauit. Acuit Martem] Irritat ſe ad futura certamina. Poſtera vix] περιεργία ſiue μακρολογία Poëtica. Campum ad] Singulorum certamen. Dimenſi] ὁμοιόπτωτον. Aras] ꝓpter conſecrationem fœderis. Communib.] Quia adhuc incertum erat, quò eſſet peruentura victoria. Fonteq;] pro aqua poſuit, συνεκδοχή. Procedit] πιτακισμός. Haud ſecꝰ] Similitudo. Signo] πολύστιγμα. Ruit] ὑπέρμετρον. Inſtructi fuco] Bona prooeconomia, & rei futuræ præparatio. Diua deûm] ἐναλλαγή. Stagniſq;] Vt Naiada accipiamus. Animo] Simulata verba pro tempore. Nam pellex nunquā placet vxori. Scis vt te] Beneuolentia à commemoratione beneficiorum. Ingratum] λιτότης, figura per contrarium. Parcæque ſinebant] ἀντίφρασις. Lacrymas oculis] Pleonaſmus. Interea reges] Longum hyperbaton. Bigis it] πρόληψις. De ducibus autē incipit dicere, & in vnum deſinit. Magnæ ſpes altera Romæ] Poſt patrem nimirum proxima. Eſto nunc ſol] Inuocatio. Iliados γ. ἀποστροφή. Relligio] ἐπένθεσις. Cedet] Lex pacis. Annuerit]

ἐναλ-

ἐναλλαγὴ, pro, ſi Mars vobis præbuerit victoriam.
Nam Martem, quod numen eſt belli, victoria comi
tatur. Sacra ] Pollicitatio de cura ſacrorum. Ter-
ram] Confirmatio fœderis, quod Latinus, qui Ae-
neæ reſpondet, à iuramento confirmat. Terram,
mare] ἀσύνδετον ſiue διάλυτον. Sacraria] Sacrarium
propriè locus eſt in templo, vbi ſacra reponuntur.
Quo res cunq; ] τμῆσις. Non ſi tellurem ] πάθος
per hyperbolen. Eſt quoque ] ἐναλλαγὴ, pro, ſi vn-
das effundat in terras. Vt ſceptrum ] Similitudo
Iliados α. Videri] Infinitiuo pro indicatiuis, ἐναλ-
λαγὴ modorum. Inceſſu tacito] Signa timoris. Et iu-
uenili] πάθος à iuuenta. Ac Iuturna] Iuturna for-
mam aſſimilat Camerti. Alium Camertem ſternit
Aeneas ſuprà lib. 10. Non pudet ] Diſſuadet fœ-
dus ab inhoneſto. Namque volans] Augurium. Me-
me ] ἐπίζευξις ἐπιμονὴ, ἀποσιώπησις. Cornus] Mate-
ria iaculis apta. Gylippo] Gylippi IX. filij. Vnum]
id eſt, vnius ad medium. Phalanx ] Conferta & in-
ſtructa turba. Pars gladios] πρόληψις. At fratris] ἀλ-
φακισμὸς ex interuallo. Tempeſtas ] ταυτακισμός.
Focoſque ] φιτακισμός. Infrenant ] ἄκυρον. Meſſa-
pus] πολύσιγμα & πολύγαμμα. Aduerſo] R literæ
inculcatio ex arte. In caput] ἀλφακισμός. Multa
trabali] Ta tra, grata reſonantia. Chorineus] Alte-
rum Chorineum ſternit Aſylas ſuprà lib. 9. Aenei.
Olli ] ἀντίστοιχον. Dura quies ] ἀντίθετις. Ferreus
ſomnus ] Home. χάλκεος ὕπνος. Auferte ] φιτακι-
σμός. Allapſa] Miſſa autem à Iuturna, vt apparet ex
9. lib. Aeneid. & paulò inferius. Subita ſpe ] Turni
virtus abſente Aenea. Habenas] ἀκυρολογία. Qua-
lis ] Comparatio. Sthenelumque ] πολυσύνδετον.
Dolonis] De Dolone, Iliad. κ. Pelida] αὐτονομασία.
Auſus] ἐναλλαγή. Mucronem] συνεκδοχὴ, προοικονο-
μία eſt. En agros ] χλευασμὸς, σαρκασμός. Chlorea-
que ] πολυσύνδετον. Ac veluti ] Comparatio. Edo-
ni]

ni]ἤδονοι. Citatorum] ἀφαίρεσις, pro concitatorum.
Deguſtat]id eſt, ſtringit, leniter tangit. Mucrone]
συνεκδοχή. Comes] καππακισμός. Enſe ſecent] A-
nimum viri fortis expreſſit. Iapis] Aptum nomen
Medico. Nam ἰᾶσθαι dicitur curare. Iaſides] Eſt &
Palinurus Iaſides Aen. 6. Mutas] Mutæ artes. Mul-
ta manu] Aeneæ medetur. Pæonium in morem] Si-
militudo. Stare] σιγματισμός. ex interuallo. At athe-
ra] ὑπερβολή. Purpureo] Tranſlatio. Amnem] Pro
aqua poſuit, à toto ad partem. Sic ſupra: Fontem-
que ignemq́; ferebant. Salubre] Salutares. Ambro-
ſiæ] Ambroſia cibus eſt deorum. Nam Nectar po-
tant, ab immortalitate dicta, Seruius. Longæuus]
Senior. Excidit] Deorum auxilium. Auro] id eſt,
ocreis ex electro auroq́; recocto, vt lib. 8. Fuſis cir-
cum] ἀναστροφή, id eſt, circumfuſis. Diſce puer] Pa-
ternum exemplum. Fortunam ex] Zeugma non
integrum. Sis memor] Hortatio à virtute auunculi.
Immane] Mane manu inuicem alludunt. Antæus]
τὸ πρέπον. Qualis vbi] Impetus Aeneæ per compa-
rationem. Agmen agit] Pugna. Cadit ipſe] Ma-
lum conſilium conſultori peſſimum, ἡ δὲ κακὴ βουλὴ
τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Chil. 1. Cent. 2. Prouerb.
14. Rutuli dant] Rutulorum fuga. Iuturna virago]
Agnominatio. Nigra velut] Comparatio. Humi-
da] Stagnorum epitheton. Conferre manum] Sic
conferre dextram. Aen. 9. Incipe ſi quæ animo vir-
tus, & conſere dextram. Veſtigatq́ue virum] Me-
taphora ſumta à canibus, qui per veſtigia & pedum
ſigna feram indagant. Apicem tamen] id eſt, Ga-
leæ eminentiam. Irarumq́;] Ira. Quis mihi] In-
uocatio. Inq́ue vicem] τμῆσις, pro inuicem. Iuppi-
ter æterna] Apoſtrophe ad Iouem. Et Crates] ἐπε-
ξήγησις. Mœſtum] ἀγέλαστον. Matriſq́ue genus]
περίφρασις, id eſt, Thebana gloria. Ac velut] Impe-
tus Aeneæ ac Turni, per comparationem. Hic] Sci-
licet

licet Aeneas. Olli] ἀντίστοιχον. Lyrneſſi] πάθος ἀ loco. Omnes] Dardanidæ. Vaſto] Atrox prælium. Iuppiter hac ſtat] Antiquè, id eſt, pro nobis. Frenū] Frenum ſingulariter hic tantum poſuit. Scilicet] Ironia. O ciues] Adhortatio. Faces] φιτακισμὸς ex interuallo. Vt cum] Comparatio ab apibus. Trepidæ] Trepidæ rerum. Incendi] Aliás inceſſi legit Seruius, id eſt, inuadi. Clamat] καππακισμός. Multaq́;] μιτακισμός. Et nodum] Amata laqueo ſibi vitam finit. Dardanium] Ambo ferè ad verbum Aen. 11. Iam minus] Iteratione ſermonis diminutionem facit. Sic ait] ἀλφακισμός. Qua prima] Ab opportunitate. Fratris miſeri] πάθος. Vidi oculos] Auget inuidiam occiſorum pro ſe amicorum. Occidit] Ratiocinatio. Perpetiar] Confirmat ſe ad pugnā. Vos mihi] Inuocat Manes. Simile Aen. 7. Sancta ad vos φιλαυτία. Medios] ὑποτύπωσις. Turno] ἀναδίπλωσις, In te ora] Amplificatio à crudelitate. Dextra] πάθος Obſtupuit] Mens perturbata in Turno. Mucronibus] συνεκδοχή. Turrim] ἀναδίπλωσις. Furere ante] Furere furorem, per πλεονασμόν, vt ſeruire ſeruitutem. Ac veluti] Comparatio. Sic vrbis] ἐναλλαγή. Ore] Pleonaſmus. Horrendumque] Aduerbialiter. Quantus] Comparatio. Athos] ὁ ἄθως, τῦ ἄθω, τὸν ἄθω. Ergo thos longa. Decernere] Verum eſt cernere, vt ſit quemadmodum hoc Ennij: Ferro non auro vitam cernamus vtrique. Atque illi] Certamen ſingulare Aeneæ atque Turni, vt Achillis & Hectoris. Fors & virtus] Caſus in Turno, virtus in Aenea. Nam in bello etiā caſus plurimum valet. Ac velut] Comparatio à monomachia taurorum. Omnia metu] μιτακισμός. Iuppiter] Ex Hom. Iliad. χ. Examine] Examen in trutina. Alte ſublatum] Ex Hom. Iliad. lib. 3. Arrectæque] ἀλφακισμός. At perfidus] Perfidus enſis. Ocyor Euro] ὑπερβολή, per ſimilitudinem. Vt capulum] Locus hic totus

ad

ad gloriam Aeneæ pertinet: namq; id agit, ne Turnus armorum vtilitate ſuperatus videatur, vnde & ei redditur & gladius, quo etiam cum diuinis armis ab Aenea ſuperari poſſit. Mucrone] συνεκδοχή. Mortalis] id eſt, mortali manu factus, nõ Vulcani. Mucro] συνεκδοχή. Glacies ceu] Similitudo. Vndiq; enim denſa ] Stratagema eſt. Nam poſtquam ſenſerunt Turnum fugere Troiani, loca per quæ euadere poterat, clauſere. Tardante] Scilicet genua ꝓpter vulnus inflictum ſagitta. Incluſum veluti] Comparatio elegans. Pennæ ] Luca. Claudit odoratæ metuentis aëra pennæ. Venator canis] Pro venaticus. Vmber ] Poſſeſſiuum ab Vmbria, quæ eſt pars Thuſciæ. Iam iamq; ] Incitata cupiditas canum exprimitur. Reſponſant] Echo. Notumque] id eſt, patrium, vt ſuprà. Quem κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus allatũ à Iuturna, vt infrà. Ludicra petuntur] Hi verſus de Homero tranſlati: ἐπεὶ οὐχ᾽ ἱερήιον, οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην ὥτε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν, ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Venerabile lignũ] Antiquam arborẽ voluit exprimere, vbi figere dona ſolebant ꝓpriè, vt aut ſacra ad faſtigia fixi. Haſta] Haſta Aeneæ. Prendere] συγκοπή. Tum verò amens] Turni preces ad Faunum. Optima ferrum] πάθος ex ſermone conuerſo ad rem inanimatam. Terra] pro Tellus. Profanos] id eſt, violarunt. Non caſſa ] Non ad inania vota popoſcit auxilium. Audaci] Audax temerè. Iunonem ] Iuppiter ad Iunonem. Indigetúm ] Quaſi cœlicolam dicat. Mortalin' decuit] Mortalem & diuum, vt ſit ſenſus, An decuit Aeneam violari vulnere diuarum, id eſt, tuo & Iuturnæ. Quid enim ] Parentheſis eſt. Potuiſti] id eſt, iam non potes, ἐναλλαγὴ temporum. Submiſſo vultu] Habitum futuræ orationis oſtendit. Iuppiter] Iuno ad Iouem. Digna indigna] id eſt, omnia, prouerbialiter dictũ. Iuturnam ſuccurrere ſuaſi ] pro Iuturnæ.

Adiuro]

Adiuro] πρόσθεσις eſt, pro iuro. Reddita ] πρόσθεσις eſt pro data. Pro Latio] Petitio de non commutandis nominibus. Eſto ] Conſentit, ſed inuita. Sit ] ἐπαναφορά. Olli] ἀντίστοιχον. Es germana ] Blanda increpatio. Do quid vis ] Bene præſenti vſus eſt tempore. Nam promiſſio in dijs pro facto eſt. Remitto] Conceſſio. Sacrarum adijciam ] Verum eſt. Nam ſacra matris Deûm Romani Phrygio more coluerunt. Supra homines] Romani imperij maieſtas, quod pollicetur Iupiter Aen. 1. Diræ ex nocte geni. Vno eodemq;] Sic eo vnica ſyllaba κατὰ συνίζησιν. Non ſecus] Inſeritur παραβολή, qua narratio interrumpitur, vt legendi tædium excludatur. Siue Cydon] Cydon nomẽ viri produxit ſupra Aen. 10. Noua gaudia] Cydon. Tranſilit vmbras] ὑπερβολή. Alitis] Noctuã vel bubonem intelligit. Quæ quondam] προνδαίζων. Fertque ] πολυσύνδετον. Sonans ] Signa plangentium. Formidine torpor ] Turnus concuſſus timore. Quid nunc te tua ] Querela Iuturnæ. Immortalitas] πάθος. Aeneas inſtat ] Redit ad inſtitutam narrationem. Aeneas inſtat] Aeneas Turno. Arboream non haſtam ſed geſtatorem laudat. Pinnis ] Semper penna & non pinna eſt apud Donatum. Vix illud lecti ] Iliad. ε. Qualia nunc ] Similitudo. Genua labant ] Proceleuſmaticus. In ſomnis ] Comparatio veriſſ. de ſomnio. Vrbem ] Vel in qua erant Lauinia, vel vnde expectaret auxilium, quod pudor petere vetabat. Nec quo ſe] Fugiendi occaſio deerat, audiendi fiducia negabatur, nullum ſperat auxilium ſorore iam remota. Nec] ἐπαναφορά. Murali ] Comparatio tergemina. Tranſit femur] Turnus occiditur. Miſeri] πάθος à ſimilitudine paſſionis, ἀνακοίνωσις. Senectæ ] πάθος à ſenecta. Et victum] Commiſeratio à fortuna miſerabili. Tua eſt Lauinia] Quæ fuerat cauſa certaminis. Cunctantem flectere] Omnis intentio ad Ae-

neæ

neæ gloriam pertinet. Baltheus ] Vt verum eſſet, quod ſupra ponitur : Atq; humeris inimicum inſigne gerebat. Monumenta] Propriè. Nam & monumentum ab eo dictum eſt, quo moneat. Pallas ] id eſt, ad ſui mortis & rupti fœderis vltionem te tanquam hoſtiam immolat. Frigore ] id eſt, morte. Vitaque cum gemitu ] Sic Homerus : ψυχὴ δ᾽ ἐκ μελέων πταμένη ἄϊδός δε βεβήκει.

FINIS.


# LIPSIAE

IMPRIMEBANT HÆREDES IOANNIS STEINMANNI.

Anno.

M. D. XC.